1407 b 2 (309, 25) τύχοι γὰρ ἄν τις μᾶλλον ἐν τοῖς ἀρτιασμοῖς — pertinget utique quis magis utimur divinationibus; at m: pertingit enim u. q. m. in numeri (M: m̄rm̄) d.

1407 b 8 (310, 4) σκεύη — instralia; m videtur habere: instrumenta.

1407 b 11 (310, 6) ἔτυπτον — verberant; at m: verberabant.

1407 b 15 (310, 11) ποτέρῳ — viro: at m: utrum.

1407 b 17 (310, 14) ἄδηλον — iunctum; at m: incertum.

1407 b 22 (310, 19) μέλλων . . . ἐμβάλλειν — mensuris; at M m: inserturus.

1407 b 33 (311, 2) ἑνός — ex uno; at M m: et uno.

1408 a 9 (311, 17) ἄλυρον — non literaturam; at m: non lyratam.

1408 a 10 (311, 18) ἐὰν ᾖ παθητική — si passionis illativa: at m: si sit p. i.

1408 a 11 (311, 20) τὸ δ' ἀνάλογόν ἐστιν — quod autem proportionales; at m: q. a. proportionale est.

1408 a 19 (312, 2) ταπεινῶς — miserantur; at m: miseranter.

1408 a 21 (312, 4) ὡς ἀληθῶς λέγοντος — tamquam vere dicere; at m: t. a vere dicente.

1408 a 22 (312, 4) οὕτως ἔχουσιν, ὥστ' οἴονται, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχει — se habent, ut putent, et si non se haberent; at m: ira (scr. ita) se habent, ut putent, et si non ita se habeant.

1408 a 29 (312, 12) ἕξεις — hererius; at m: habitus.

1408 a 30 (312, 14) ἐὰν οὖν καὶ τὰ ὀνόματα οἰκεῖα λέγῃ τῇ ἕξει, ποιήσει τὸ ἦθος — si igitur faciet moram; at m: si igitur faciet morem, illius enim ergo, si ita et nomina convenientia dicat habitum faciet morem. — Delenda esse videntur verba „faciet . . . ita" et scribendum „habitui".

1408 a 35 (312, 18) ὅπως μετέχῃ — quo participet; at M m: quatenus p.

1408 b 19 (313, 6) ἥρμοσεν — congruum; at m: congruit.

1408 b 26 (313, 14) Κλέωνα — deonem; at m: cleonem.

1408 b 32 (313, 21) ἐὰν μέχρι τοῦ ᾖ — si usque ad aliquid; at m: s. u. a. a. sic (i. e. sit).

1409 a 2 (314, 1) ἀπὸ Θρασύμαχου — a crisimeo; at m: a trasymacho. In versu 3 M m prius est recte omittunt.

1409 a 17 (314, 15) ὕδατά τ' ὠκεανόν — aquosum oceanum; at m; aquosumque o. — Propono: aquasque.

1409 a 32 (315, 4) ἐπὶ τοῖς καμπτῆρσιν (A^c ap. Gaisford καλυπτῆρσιν) — in opertuleris; at m: in operculis.

1409 a 35 (315, 7) ἐν περιόδοις — in clausis; at m: in clausilis.

1409 b 4 (315, 13) ἀνύειν (A^c ἀνοίγειν) — aspirari; at m similiter ac M V: aperiri.

1409 b 10 (315, 20) Καλυδὼν μὲν ἥδε — Kalidonus vel ista; at m: K. quidem i.

1409 b 14 (315, 24) τετελειωμένη τε καὶ διῃρημένη — perfecta; at m: perfecta divisa.

1409 b 19 (315, 28) μικρόν — perimit; at m: parvum.

1409 b 20 (316, 1) ὁρμῶν — motus; at M m: impetu motus.

1409 b 22 (316, 3) διὰ τὴν ἀντίκρουσιν — circa pulsionem; at M m: propter contrapulsionem.

1410 a 18 (317, 4) οἴκοι — demi; M m: domi.

1410 a 32 (317, 14) ἄξιος δὲ σταθῆναι χαλκοῦς — dignus resistens; at M: d. resistere emi; m: d. resistere es (i. e. aes).

1410 a 35 (317, 17) ἀπὸ συλλαβῆς δὲ τί — assimila autem quod; at m: a sillaba autem quid.

1410 b 2 (317, 20) τῶν περιόδων — clausurarum; m: clausularum. In versu 21 m: ephicharmus.

1410 b 14 (318, 4) ἐποίησε — facit; at M E: fecit; m quoque fecit exhibere videtur.

1410 b 16 (318, 7) διόπερ ἂν εὖ, ἀστεῖον φαίνεται — propter quod utique bene asteveri videtur; at m: p. q. quidem u. b. esteium (scr. asteium) videtur. M quoque exhibet quidem post „quod".

1411 a 2 (318, 29) ἠφανίσθαι — extimatam esse; at m: exterminatam esse. — In versu 32 m: carete (Χάρητος).

1411 a 9 (319, 3) ἔφη δεῖν — oportere; at M m: ait o.

1411 a 16 (319, 8) QYZ: πονηρότερον — malignus; at m: malignius.

1411 a 17 (319, 9) ἐπιτρίτων τόκων — in tertiis partibus; at m: i. t. partubus.

1411 a 21 (319, 12) ἀποπληκτικόν — popleticum; at m: apopleticum. In versu 17 exhibet m ut M: et ut vocem ellade.

1411 a 30 (319, 20) τοὺς συντρέχοντας — currentes; at m: concurrentes.

1411 a 34 (319, 24) συγκαταθαπτομένης τῆς ἀρετῆς — cum sepulta virtute; at M m: consepulta v. In versu 26 legitur in m: isicrates (i. e. ificrates, Ἰφικράτης) pro Isocrates.

1411 b 14 (320, 9) ἀναβαλλόμεθα — diffinimus; at m: differimus.

1411 b 16 (320, 10) φάναι — cum dicere; at E m: condicere.

1411 b 25 (320, 19) γίγνεται τοῦτο — hoc; at m: fit hoc.

1411 b 30 (320, 24) τὸ ἄξαντες ἐνέργεια καὶ μεταφορά — hoc attersive operatio; at M m: hoc attersientes (M: accerientes) operatio et metafora.

Deinde m verba „complacent — lapis" recte omittit, M verba „complacent — operationem facere".

1412 a 1 (321, 4) αἰχμή — acumen lancea, at M m: a. lanceae.

1412 a 10 (321, 13) καὶ μὴ φανερῶν — et manifestis; at m: in manifestis.

1412 a 21 (321, 24) καὶ τῶν ἀποφθεγμάτων δέ — eloquiorum autem; at M m: et e. a.

1412 a 24 (321, 27) μάθησις γάρ — disciplinatur autem enim; at M m: disciplinatus a. e.

1412 a 29 (322, 1) οὐ γὰρ ὥσπερ — non enim sunt; at M m: n. e. sicut.

1412 b 22 (323, 1) τὸ δ' αἴτιον — causa; at M m: c. autem.

1412 b 32 (323, 11) ὥσπερ εἴρηται καί— sicut dictum est; at M m: s. d. e. et.

1413 a 9 (323, 23) κομῶντα δέ — Komodiam autem dicentem; at M m: K. a. facientem (Invenit κωμῳδοῦντα).

1413 a 16 (323, 30) βλαβῇ — ledit; M leditur; m: ledatur.

1413 a 21 (324, 4) τι — quidam; at M: quiddam.

1413 a 31 (324, 11) ψάμαθός — harenam; at M: erena; m: harena.

1413 b 5 (324, 18) τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἑλληνίζειν ἐπίστασθαι — hoc quidem enim ellinizare; at M m: h. q. e. scire e.

1413 b 7 (324, 20) βούληται — velint; at m: velit.

1413 b 21 (325, 5) ὑποκριτικά — ipocrita; at m: ypocritica. In eodem versu M m „idem" recte omittunt.

1413 b 25 (325, 9) ὑποκριτής (A^c ὑποκριτικός) — ypocrite; at m: ypocritucus; (M: ypocritecus).

1413 b 29 (325, 12) ἦλθον — convenerunt: at E m: venerunt. Subinde M: deprecatus sum (ἐδεόμην).

1414 a 1 (325, 20) εἶπον (A^c εἶπεν) — dixit; at m: dixi ut E.

1414 a 13 (326, 3) ὁ ἀγών — lixa; at m: lis (M: lic.)

1414 a 31 (326, 23) εἰπόντα — eum qui dicit; at M m: e. q. dixit.

1414 a 38 (327, 2) πρὸς τὸν ἀντίδικον — adversarium; at m: ad adv.

1414 b 16 (327, 17) κενόν — lane; at m: leve.

1414 b 32 (328, 8) τὰς πανηγύρεις — sollemnius; ad m: sollempnitates.

1415 a 6 (328, 19) ἐκ ψόγου — et vituperio; at m: ex v.

1415 a 16 (329, 1) ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα — musa virum; at M m: dic mihi m. v.

1415 a 18 (329, 3) δηλοῦσι — insinulant; at M m recte: insinuant.

1415 b 38 (330, 29) ὡς αὐτοκάβδαλα φαίνεται — tamquam deficit dicto uno videntur; at m solum: tamquam videantur.

1416 a 6 (331, 7) πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα — obiecta; at m: ad obiecta.

1416 a 10 (331, 11) ἔφη γάρ — aut enim; at m: ait e.

1416 a 15 (331, 16) ὁ διαβάλλων — criminatus; at M m: criminans.

1416 a 16 (331, 17) εἶναι αὐτῷ — esse circa; at m: esse sibi.

1416 a 19 (331, 20) εἰ ὅπως — sed quatenus; m: si quatenus.

1416 b 15 (332, 22) εἰρήσθω τοσαῦτα — dicta sunt tanta; at m: d. sint t.

1416 b 24 (333, 5) ἐκεῖνος δέ — illa aut; M m: i. autem. In versu 22 m recte exhibet suppositiones (ὑποθήκας) pro „supponens".

1417 a 3 (334, 9) ἐγὼ δ' ἐνουθέτουν — ego movebam; at m: ego monebam.

1417 a 25 (334, 12) προειλόμην — praeelegeravi; at m: praeelegeram. — In versu 14 M m verba „enim prudentis . . . prudentis quidem" recte omittunt. Spengelium non vidisse ea prave esse repetita mirum.

1417 a 35 (334, 23) ἄλλο τι — ad aliquid; at m: aliud aliquid (M: quod aliquid).

1417 b 5 (335, 2) γρῆς — vetusta; at M m: vetula.

1417 b 8 (335, 6) ὅτι δὲ ῥᾴδιον — quod aut facile; at m: q. autem f.

1417 b 17 (335, 14) αἰτίαν — tamen; at m: causam.

1417 b 22 (335, 18) ἡ ἀμφισβήτησις — elementis. Cum M exhibeat el'is, scribendum esse videtur lis, quod vocabulum infra quoque (v. 22) invenitur. In versu 22 M m recte praebent de factum esse.

1418 a 23 (337, 4) ὁ Κρής — ceres; at m: ocres.

1418 a 28 (337, 9) πάντων — enim; m: omni, ut facile corrigas: omnium.

1418 a 35 (337, 15) εἰ γὰρ Ἀχιλλέα — si Achillem; at M m: si enim A.

1418 a 36 (337, 16) τὸν θεόν — dĩa; at m: deum. Idem igitur interpres invenit, quod nos legimus in A^c Q Y Z.

1418 b 5 (337, 24) πρὸς τὸν ἀντίδικον — adversarium; at m: ad adv.

1418 b 11 (338, 3) ἃ γὰρ ἐροῦσι — quod enim dicturi erant; at m: quae e. d.

1418 b 16 (338, 8) δοκῇ — dicantur; at m: videatur, M: videantur.

1418 b 17 (338, 9) ἐν τῷ ἀκροατῇ — in auditorem; at m: in auditore.

1418 b 36 (339, 1) εἰ γὰρ δεῖ — sed enim oportet; at M m: si e. (M autem) o.

1418 a 28 (340, 8) τί δέ — quidem aut; m: quidem (scr. quid) autem.*)

Permultis igitur locis translatio collatis his codicibus emendata est; ac tamen non pauci restant, quibus incertus haereas. Itaque iure ac merito doleas, quod Spengel neglexit codices quosdam Parisinos, quorum

*) In fine rhetoricae librarius codicis m addit: En Aristotiles virtuose, tibi grates, o lumen naturae! Nam omnibus benefecisti, ipse quantum potuisti.

Jourdain in praestanti sua dissertatione facit mentionem.*) Namque ipsis paucis versibus, quos Jourdain ex codice bibliothecae Sorbonnensis 1773**) exscripsit, Spengeli textus tribus locis corrigi potest. Legimus enim:

1354 a 11 (178, 11) ἤδη πάντες — omnes; at in Parisino: omnes ... iam (ut in E m).

1354 a 23 (179, 3) καθάπερ καί — sic etiam; at in Parisino: sicut et (ut in M m).

1354 a 26 (179, 6) μέλλει — oportet: at in Parisino: debet, idque recte; nam interpres verbum debere usurpare solet, cum in Graeco exemplo invenit μέλλειν, oportere respondet verbo δεῖν. (In codice m invenimus non qua oportet, sed quia oportet, quibus verbis superscriptum est: vel cum vult.)

Hos codices quoniam Spengel non contulit, meum utique officium erat eos consulere. Ac profecto libenter id praestitissem, si Fortuna id permisisset. Ceterum confido me etiam hoc adiumento privatum munere meo probe posse fungi. Alio quoque modo translationem Latinam sanari posse ex Galli illius verbis conicias; dicit enim Jourdain (pag. 401) in commentariis, quibus divus Thomas Aristotelis politica explicaverit, nonnullos rhetoricorum locos inveniri ex nostra versione sumptos. Sed mihi quidem illos iusto ampliores commentarios percurrenti hi tantum loci occurrerunt, qui, cum a Thoma non ad verbum descripti sint, vix commemoratione sunt digni. Libri primi loci laudantur in lectione VII pag. 645 (editionis Parmensis 1867): voluntas nihil vult, quod non sit intellectum prius; in lectione VII pag. 671: optimus usus divitiarum, qui est in consumendo eas. Libri secundi loci afferuntur in lectione VI pag. 616: homines naturaliter honorem appetunt; in lectione VII pag. 641: honestum est, quod secundum se quaeritur; in lectione VIII pag. 704: operationes enim consuetae et quae sunt secundum habitum, magis sunt delectabiles.

Atque hac translatione denuo edita primum est quaerere, utrum in alterautra duarum familiarum, quibus ars rhetorica ad nos propagata est, numeranda sit necne. Apparet enim, si hoc non licet, necesse esse eam ad verba philosophi restituenda pariter adhiberi atque codices Graecos. Adhibuerunt scilicet eam omnes, qui Aristotelis rhetorica ediderunt, ita quidem, ut modo hanc modo illam lectionem probarent verbis interpretis; sed de ratione, quae inter translationem et Graecos codices intercederet,

*) Jourdain: Recherches critiques sur l'âge et sur l'origine des traductions latines d'Aristote; II. edition 1843, p. 70, 182, 443.

**) Id apparet ex illius dissertationis priore editione a. 1819, p. 492.

nemo adhuc, quod ego quidem sciam, certum quidquam protulit. Atqui, ut ait Lachmannus, primum est atque primarium officium eius, qui artem criticam exercere velit, uniuscuiusque codicis detegere fontem. Verum enim editores eam muneris partem non eadem diligentia qua ceteras expleverunt. Victorius quidem satis habet dicere translationem plerumque concordem esse cum optimo libro (A^c), et huius viri auctoritatem alii sequuntur, velut Vaterus*), quippe qui dicat plerumque eam cum codice antiquissimo consentire, ita ut utriusque textus ad unum fontem referendus sit. Accuratius de hac re ut de sexcentis aliis Spengel disserit; sed ne hic quidem omnes tollit dubitationes. Itaque et hac re permotus et fiducia impulsus me nonnullis locis rectius quam illum vidisse ego ausus sum aggredi ad hoc munus. Quod priusquam suscipiam, eos locos, quibus Spengel aut errat aut verba Latina audacius in suspicionem vocat, paucis absolvam.

1354 a 2 (178, 2) κοινὰ — communiter. Quo iure Spengel communia mutet, minime perspicio; etenim cum omnes codices, etiam ille Parisinus, exhibent communiter, tum coniecturae communia sequens verbum est quam maxime adversatur. Statuendum igitur est interpretem legisse κοινῇ vel κοινῶς.

1354 a 19 (178, 20) ἐν ἐνίαις γε νῦν ἐστὶ τῶν πόλεων καὶ μάλιστα ταῖς εὐνομουμέναις — in quibusdam civitatum nunc est et maxime in bene ordinatis legibus. Spengel, ut ex eius adnotatione pag. 178 elucet, putat interpretem legisse μάλιστα ἐν ταῖς. Cui opinioni non assentior; vidi enim interpretem, quo facilius verba intellegantur, praepositionem antecedentem consuevisse repetere, etiamsi in Graeco exemplo non invenisse videatur. Hoc ut demonstrem, satis habeo hos locos afferre: 1359 a 22 (191, 4) περὶ μεγέθους καὶ μικρότητος καὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος — de magnitudine et parvitate et de maiori et minori; 1359 b 10 (192, 3) ἔκ τε τῆς ἀναλυτικῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πολιτικῆς — ex dialectica scientia et ex ea quae circa mores politica; 1359 b 21 (192, 14) prior. praepos. cum C, recenti atque interpolato codice**): περί τε πόρων, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης, ἔτι δὲ περὶ φυλακῆς τῆς χώρας καὶ τῶν εἰσαγομένων — de proventibus et de bello et pace; adhuc autem et de custodia regionis, et de his quae inferuntur; 1360 b 36 (195, 12) ἐπ' ἀρετῇ ἢ πλούτῳ ἢ ἄλλῳ — in virtute aut in divitiis aut in alio; 1365 b 8 (207, 15) πρὸς τὸ ζῆν καὶ εὖ ζῆν καὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τὸ πράττειν — ad

*) Animadversiones et lectiones ad Aristotelis libros tres rhetoricorum 1794 pag. VI.

**) Vide Spengel: Ueber die Rhetorik des Aristoteles 1851; pag. 53 adnot.

vivere et ad bene vivere, et ad delectationem et ad agendum bona; 1368 a 4 et 6 (214, 1 et 3) ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην ἀλλὰ τοῖς δι' αὑτόν — in his quae propter fortunam, sed in his quae propter se ipsum; οὐ τοῖς διὰ τύχην ὑπάρχουσιν ἀλλὰ τοῖς δι' αὑτόν — non in his quae existunt propter fortunam, sed in his quae propter se ipsum; 1385 a 26 (257, 27) οἱ ἐν πενίᾳ παριστάμενοι καὶ φυγαῖς — qui in egestate assistunt et in fugis (C: ἐν φυγαῖς); 1386 b 14 (261, 1) ἐπὶ μὲν τοῖς ἀναξίως πράττουσι κακῶς συνάχθεσθαι καὶ ἐλεεῖν, τοῖς δὲ εὖ νεμεσᾶν — de indigne quidem agentibus male compati et misereri, de aliis autem nemesare; 1388 b 22 (265, 29) λέγονται ἢ ὑπὸ ποιητῶν ἢ λογογράφων — dicuntur aut a poetis aut a scriptoribus verborum; 1391 b 15 et 16 (272, 26 et 28) πρὸς ἃ ὥσπερ ἀμφισβητοῦντα τὸν λόγον ποιεῖται — ad quae sicut ad altercantem orationem facit; ὥσπερ γὰρ πρὸς κριτὴν τὸν θεωρὸν ὁ λόγος συνέστηκεν — quasi enim ad iudicem ad consideratorem oratio consistit; 1393 a 8 (276, 1) περὶ δὲ μεγέθους . . . καὶ ὅλως μεγάλων — de magnitudine autem . . . et totaliter de magnis; 1415 a 27 (329, 11) περὶ αὐτοῦ μὲν καὶ τοῦ ἀντιδίκου — de ipso quidem et de adversario; at m posterius de om; 1417 a 29 (334, 18) μᾶλλον τοῦ ἀδελφοῦ ἐκήδετο ἢ ἀνδρὸς — magis de fratre curabat, quam de viro; 1418 b 18 (338, 11) vero legimus: πρὸς πάντα ἢ τὰ μέγιστα ἢ τὰ εὐδοκιμοῦντα ἢ τὰ εὐέλεγκτα μαχεσάμενον — ad omnia aut ad maxima aut ad complacentia aut ad bene arguibilia qui oppugnaverit.

1354 b 32 (180, 13) ἀλλὰ πρὸ ἔργου ἐστὶν ἀναλαβεῖν τὸν ἀκροατήν — sed prae opere est per singula captare auditorem. Addit Spengel p. 171: „desunt Graecis verba per singula neque intelligo", et p. 180: „vix sunt sana". Mihi videntur sana esse; puto enim interpretem priorem verbi partem ἀνα vocabulis per singula reddidisse. Luculento testimonio mihi esse videtur p. 1365 a 12 (206, 12): ἀναστῆναι — per singula vocare (stare?).

1357a 36 (186, 21) adnotat Spengel καὶ ante aliter deesse; errat, nam hoc loco Graecis quoque libris deest καὶ. An Spengeli adnotatio ad versum 1 referenda est?

1358 b 31 (190, 3) ὡς — quomodo; eadem ratione ὡς subinde redditum est. Ratus videlicet particulam quod sententiae magis convenire Spengel hanc lectionem proponit. At vero iste interpres sententiam non ita valde respicit. Quid quod multis locis eadem translatio nobis occurrit sententiae nequaquam habita ratione? 1367 b 27 (213, 14) δεῖ οὖν τὰς πράξεις ἐπιδεικνύναι ὡς τοιαῦται — oportet igitur actiones ostendere quomodo tales. 1370 b 15 (221, 6) ἢ γὰρ μεμνημένοι ὡς ἔτυχον ἢ ἐλπίζοντες ὡς τεύξονται

— aut enim memorantes quomodo adipiscebantur aut sperantes quomodo adipiscentur. — 1371 b 15 (223, 17) ὅθεν καὶ αἱ παροιμίαι εἴρηνται, ὡς ἡλιξ ἥλικα τέρπει καὶ ὡς ἀεὶ τὸν ὁμοῖον — unde et proverbia dicta sunt, quomodo coetaneus coetaneum delectat, et quomodo semper similem. — 1377 a 13 (237, 23) καὶ ὡς οὗτος ὁ κίνδυνος κρείττων — et quomodo istud periculum maius. — 1385 a 11 (257, 12) ἰδὼν . . . ὡς ἥεσαν — videns . . . quomodo eiiciebantur. Deinde tribus versibus post: δῆλον ὡς . . . εὐπορήσομεν — palam quomodo . . . . habundabimus. — 1393 b 12 (277, 10) εἶπεν αὐτοῖς λόγον ὡς ἵππος κατεῖχε λειμῶνα — dixit enim fabulam: quomodo equus obtinebat pratum. — 1416 a 29 (332, 3) κατηγοροῦντα ὡς ἀσεβής — accusantem, quomodo ipsius. — 1417 b 34 (336, 4) ἐν δὲ τοῖς δημηγορικοῖς ἢ ὡς οὐκ ἔσται ἀμφισβητήσειεν ἄν τις, ἢ ὡς ἔσται — in concionativis autem, quomodo non erunt, dubitabit utique quis, aut quomodo erit. — His exemplis, quibus, si esset necesse, plura adiungi poterant, Spengeli coniecturam esse reiciendam apparet. Nec magis mihi probatur alia huius viri coniectura; legimus enim 1371 b 30 (224, 2) εἶναι καὶ τὸ ἄρχειν — e s s e e t s u b i c e r e, quod Spengel nihil cunctatus mutat verbis e s s e e t s u b i g e r e. Utinam causam, cur mutaret, addidisset! Mihi quidem diligenter inquirenti non obtigit ullam invenire. At hoc vidi aliis locis lectionem codicum firmari; legimus enim: 1379 a 3 (242, 11) ἄρχων ἀρχομένου — principans subiectum; proximo in versu: τοῦ ἄρχεσθαι ἀξίου — eum, qui dignus subiici; 1379 b 29 (244, 13) ἀρχομένους — subiectos.

1359 a 13 (190, 23) τὰ μὲν πεπρᾶχθαι τὰ δὲ πραχθήσεσθαι — — haec quidem acta esse in praeterito, haec autem in futuro agi; cum haec verba omnia etiam in codice m legantur, tenenda sunt.

1359 b 37 (192, 29) ἀλλὰ καὶ τῶν ὁμόρων — sed et contra aliorum; m: alium; cum E exhibeat a l i u m, Spengel conciectura c o n f i n i u m Latinam translationem verbis Graecis aptare studet. Hoc ut probem, a me non possum impetrare; multo enim veri similius est interpretem in libro suo invenisse ἀντὶ ἄλλων. Quam mendosam lectionem, si velis, ita sanare possis, ut aut ἀντί, quod errore librariorum irrepserit, deleas aut conicias ἀντιπάλων. Utrumque, et ἄλλων et ἀντιπάλων, sensui et dictioni philosophi bene convenit.

1360 b 38 (195, 14) Comparativo πρεσβυτέρους respondet s e n e s, quae lectio Spengelio magnam suspicionem movet, ut mutationem s e n i o r e s proponat. Ne id quidem probo, cum aliis quoque locis hunc comparativum pariter substantivo s e n e s redditum esse videam. An Spengel

hos omnes locos mutatos vult? An interpres his omnibus aliud ac nos legit? Utrumque parum probabile est. Hi autem sunt loci: 1384 a 1 (254, 17); 1384 a 34 (255, 20); 1385 b 25 (259, 7); 1388 a 22 (264, 23); 1389 b 13 (268, 1); 1390 a 24 (269, 21); 1390 b 6 (270, 7); 1413 b 1 (324, 15). Uno loco comparativum apud interpretem inveni: 1395 a 3 (280, 15). Ad haec conferas 1398 b 13 (288, 20), quo loco γέροντες (senatores Spartanorum) vertit comparativo seniores.

1362 b 8 (199, 25) τῶν δὲ καλῶν — bonorum autem. Spengel pulchrorum scribendum esse suspicatur. Inanis est haec suspicio. Interpres enim, qui hoc adiectivum alias vocabulo pulcher et honestus transfert, non paucis locis etiam bonus usurpat; confer 1364 b 26 (205, 17): καὶ τὸ κάλλιον τοῦ ἧττον καλοῦ· τὸ γὰρ καλόν — et melius minus bono; bonum enim; 1364 b 35 (205, 25); 1365 a 7 (206, 7); 1365 b 9 (207, 16); 1366 b 11 et 26 et 30 (210, 14 et 28 et 211, 1); 1368 a 24 (214, 23); 1376 b 25 (237, 1); 1396 a 15 (283, 6); 1412 b 16 (322, 23). Optimus pro κάλλιστος legimus 1402 b 3 (297, 13); 1414 a 3 (325, 21): hoc loco de Nireo agitur! Duos locos addo, qui sunt minoris momenti: καλῶς = bene 1390 a 32 (269, 28); κάλλιστα = optime 1404 a 27 (301, 30).

1362 b 10 (199, 27) εὐδαιμονία· καὶ γὰρ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν καὶ αὔταρκες — felicitatem; etenim secundum se eligibilis (M: eligibilia) et per se sufficiens. Spengeli coniectura eligibile neque necessaria est neque probabilis; video enim interpretem ita ad verbum transferre, ut cotidianum sermonis Latini usum non raro religiose observet; quod ita se habere ex his quoque locis apparet: 1359 a 5 (190, 15) τούτῳ δὲ ὁ μὲν τοιοῦτος θάνατος κάλλιον — huic autem talis mors pulchrior.*) 1394 a 31 (279, 6) τοῦτο μὲν οὖν γνώμη — haec quidem igitur sententia; (at m exhibet: hoc). 1402 b 2 (297, 12) εἰπόντα ὅτι πᾶσα ἔνδεια πονηρόν — dicentem, quod omnis indigentia mala; 1406 b 24 (308, 3) χρήσιμον δὲ ἡ εἰκών — utilis autem assimilatio.

1362 b 15 (200, 1) [ποιητικὴ] ἡ ὑγίεια καὶ ἡδονῆς καὶ τοῦ ζῆν — [factiva] sanitas et delectationis et ipsius vivere. Suspicatur Spengel interpretem fortasse legisse καὶ αὐτοῦ τοῦ ζῆν. Huic quoque coniecturae adversor; cognovi enim interpretem, ut Graecum articulum exprimeret, saepissime pronominibus hic et is et ille usum esse. Quin etiam pro-

*) Corrigendum igitur est, quod Spengel dicit II, 80.

nomen ipse eum adhibuisse his exemplis comprobatur: 1362 b 17 (200, 4) αἴτιόν ἐστιν ἡδονῆς καὶ τοῦ ζῆν — causa est delectationis et ipsius vivere; 1363 b 30 (202, 29) ἕπεται . . . τῷ ὑγιαίνειν τὸ ζῆν — sequitur . . . ipsi sanari vivere; 1364 a 37 (204, 18) τὸ ἀκριβῶς ὁρᾶν αἱρετώτερον τοῦ ὀσφραίνεσθαι — subtiliter videre eligibilius ipso odorare; 1376 a 14 (235, 16) περὶ δὲ τοῦ ποῖον, οὐ μάρτυρες — de ipso autem quale non testes; 1394 a 32 (279, 7) ἐνθύμημά ἐστι τὸ ἅπαν — enthymema est ipsum totum; 1395 a 26 (281, 9) δεῖ δὲ τῇ λέξει τὴν προαίρεσιν συνδηλοῦν — oportet autem cum ipso dicere voluntatem manifestare; 1401 a 16 (294, 7) συμπαραλαμβάνει ἢ τὸν Πᾶνα — describat aut ipsum Pana; 1403 a 20 (299, 7) τὸ δὲ αὔξειν καὶ μειοῦν ἐστιν ἐνθυμήματα — ipsius autem augere et minuere sunt enthymemata; (interpres legisse videtur τοῦ); 1407 b 36 (311, 5) τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας — ipsius uxoris eiusque (m: quae, M: quod) nostrae; pariter in proximo versu legimus: τῆς ἡμετέρας γυναικός — ipsius nostrae uxoris; 1410 a 11 (316, 28) τὸν δ' Ἄθω διορύξας — ipsum autem atho perfodiens; 1413 b 27 (325, 10) ἐν τῷ προλόγῳ τῶν εὐσεβῶν τὸ ἐγώ — in prologo euseborum ipsum ego; 1419 a 25 (340, 5) ἐὰν ἐρώτημα ποιῇ τὸ συμπέρασμα — si interrogationem fecerit ipsam conclusionem. — Quorum exemplorum quaedam minoris momenti esse concedo; at hoc pernego interpretem eis locis, quibus pronomen ipse ante infinitivum aut pronomen posuit, in Graeco libro invenisse αὐτός.

1365 a 33 (207, 4) καὶ τὰ ἐν χρείᾳ μείζονι χρήσιμα — et quae in necessitate maiori optima maiora; m exhibet oporna pro optima, E optima; eademque editio extremum verbum omittit. Dubium non est, quin E maiora suo iure omittat, cum in ceteris codicibus nihil nisi prave repetitum maiori sit. Oporna autem verbo oportuna mutandum est. Ad hunc locum conferas p. 185, 16 et 306, 11 adnot. Ne ulla relinquatur dubitatio, moneo adiectivo χρήσιμος respondere opportunus etiam 1355 b 5 (182, 1) et 1394 a 16 (278, 18) et 1404 b 38 (303, 18).

1366 a 5 (208, 24) τὰ πρὸς παιδείαν, sed A^c τὰ περὶ π. — quae circa eruditionem. Exhibet igitur interpres idem quod A^c. At Spengel emendatione ad sinceram lectionem circa demovere studet. Haec audacia valde mira est. Nonne interpres περὶ invenire potuit? An Spengel oblitus est praepositionem περὶ cum accusativo coniunctum ab illo plerumque ne dicam semper exprimi vocabulo circa?

1368 a 25 (214, 24) ἡ ὑπεροχὴ δοκεῖ μηνύειν ἀρετήν — excellentia videtur insinuare virtutem. Spengel proponit coniecturam indicare, quae mihi valde displicet. Etenim verbum insinuare, scriptoribus medii

aevi usitatissimum, apud eos idem fere significat, quod μηνύειν*); in interpretatione ipsa hi loci testimonio sunt: 1367 a 23 (211, 28) ὑπεροχὴν ἀρετῆς δηλοῖ — excellentiam virtutis insinuant; 1371 a 10 (222, 9) ὅταν φῶσιν — cum insinuent; 1391 a 4 (271, 9) τὴν ἔνδειξιν τῆς εὐδαιμονίας — insinuationem felicitatis; 1415 a 19 (329, 4) ἐν τῷ προλόγῳ γέ που δηλοῖ — in prologo alicubi insinuat; 1415 a 18 (329, 3) δηλοῦσι — insimulant, at M m: insinuant; 1415 b 2 (329, 25) δεῖ ἐμποιεῖν, ὡς περὶ τοιούτων ὁ λόγος — oportet insinuare, tamquam de talibus sit oratio.

1390 a 29 (269, 25) Οἱ δὲ ἀκμάζοντες — qui autem in statu. Quod saepius interpres substantivum ἀκμὴ integrum in textum Latinum receperit, Spengel acme hoc quoque loco desiderat. Hanc coniecturam forsitan aliquis probet; is scito duobus aliis locis (1390 b 9 = 270, 11 et 1411 b 28 = 320, 22) ἀκμὴ redditum esse substantivo status. Librarios autem ter in idem idque tam mirum mendum incidisse non est probabile. Deinde hic quoque universus interpretis usus respiciendus est: Ut verbum Graecum saepe non mutatum versioni inserit, ita idem verbum hic illic sive apto sive inepto vocabulo Latino interpretari conatur; confer ἐπιεικής, de quo infra pag. 39 agetur. Sequitur, ut lectionem codicum teneamus.

1400 a 25 (292, 5) Spengel in eundem errorem delabitur, quem in Bekkero (pag. IV) notat; non enim A^c, sed deteriores codices praepositionem πρὸς proponunt. —

1400 b 27 (293, 12) παράλληλα — secus sincere, quod Spengel mutare vult verbis secundum invicem. Posterius verbum probo, secundum non item; legimus enim: 1405 a 12 (303, 31) παράλληλα — — secus invicem; 1412 a 27 (321, 31) τὰ παραπεποιημένα — quae secus ficta; 1418 b 4 (337, 23) παράλληλα — secus invicem; 1417 a 2 (334, 8) παραδιηγεῖσθαι — secus narrari. Hos locos qui consideraverit, num Spengeli coniecturam secundum feret?

1407 a 20 (309, 5) πρῶτον μέν — primum quidem; errat Spengel, cum dicat in Graecis codicibus legi πρῶτον μὲν οὖν. Similis huius viri error nobis occurrit tribus versibus post; non enim in codice A^c τὸν δὲ legimus, sed τὸν ὁ δὲ, ut in deterioribus libris.

1410 b 35 (318, 26) Hic quoque Spengel per errorem labitur adnotans verbis tria haec respondere solum τριῶν; etiam in Graecis legitur pronomen (τούτων στοχάζεσθαι τριῶν).

---

*) Du Cange explicat insinuare verbis docere et ἐμφανίζειν.

1411 b 10 (320, 5) Scribendum erat τὸ ὑπόμνημα, non μνημόνευμα.

1411 b 32 (320, 26) Postulat Spengel, ut pro verbo facere, quod in translatione invenimus, dicere scribatur; cuius mutationis causam neque ipse addidit neque quisquam probabilem poterit addere. Nonne enim interpres idem legere poterat, quod A[c] exhibet, i. e. ποιεῖν?

1412 a 35 (322, 8) Coniunctionem enim Graecis deesse Spengel iniuria negat.

1418 a 36 (337, 16) Codices exhibent τὸν θεόν, non τὴν θεόν, ut Spengel citat.

In fine harum emendationum liceat mihi monere Spengelium non bene fecisse, quod non omnes locos, quibus vetusta translatio a Graecis codicibus discrepat, textui subscripsit neque, ubi cum optimo codice aut cum deterioribus congrueret, semper distinxit. Itaque fit, ut multae eius adnotationes inutiles sint. At nonnulla tamquam dubia vel discrepantia a Graecis notavit, quae ei, qui interpretationem diligenter excussit, nullam omnino suspicionem movent, eum vero, qui interpretis usum non respicit, inducunt in errorem. Paucis exemplis hoc illustrabo. 1389 a 16 (266, 30) adnotat ad — εἰς. Qua adnotatione deductus opineris interpretem aliud ac nos legisse, quod non sic se habet; nam interpres εἰς promiscue praepositionibus in et ad transfert; ex XVIII locis, quibus εἰς praepositione ad interpretatur, quatuor afferam. 1398 b 25 (289, 2) ὥσπερ τὸ εἰς Μιξιδημίδην εἶπεν Αὐτοκλῆς — quemadmodum quod ad Mixidemidem dixit Autocles; 1401 b 15 (295, 13) οἷον ὃ λέγει Πολυκράτης εἰς τοὺς μῦς — puta quod dicit Polycrates ad mures; 1411 a 21 (319, 12) καὶ τὸ Πολυεύκτου εἰς ἀποπληκτικόν τινα Σπεύσιππον — et Poluecti ad apopleticum quendam Speusippum; 1415 a 14 (328, 28) ὁ δοὺς οὖν ὥσπερ εἰς τὴν χεῖρα — vias igitur sicut at manum.

Aliae eius generis adnotationes sunt: 1366 a 27 (209, 18) — nos ἡμᾶς τε, deinde 1371 a 16 (222, 15) ipsius — αὐτῆς γε. Quorsum haec exscripsit? Nonne vidit interpretem omnibus fere locis τε negligere et particulam γε vix semel verbo Latino exprimere? Hoc denique notetur. 1386 b 31 (261, 20) faciunt — ποιεῖ. Quonam modo interpres noster debuit vertere, cum ἄμφω (neutr. plur.) sit subiectum?

Hos Spengeli errores postquam correxi, cogor, quo certius ac brevius quaestionem ipsam, quam mihi proposui, expediam, nonnulla graviora translationis menda delere, quae auxilio codicum sanari non potuerant. Quo munere ita fungar, ut nihil nisi eos locos attingam, ubi utrum verba Latina corrupta sint an interpres alia legerit, me diiudicare

posse existimo. Talia igitur, quae ego non magis quam ii, qui ante me hanc translationem perscrutati sunt, explicare potui, sagacioribus relinquam. Omittam quoque, quae quisque facile corrigat, veritus, ne quis me admoneat dicti Spengeli, qui profiteatur se hanc translationem non tironibus tradere, sed viris doctis.

1360 b 31 (195, 8) τὸ αὐτόχθονας ἢ ἀρχαίους εἶναι — sui iuris antiquos esse. Miretur forsitan aliquis, quidnam hic interpres in libro suo invenerit. Huic respondeam: nihil aliud quam nos. Etenim cum litera *r* non raro depravetur in literam *i*, et ante verbum antiquos coniunctio aut facile possit excidere, emendandum est: sui ruris aut antiquos esse. (Not. ruralis, rusticitas, rusticus inveniuntur apud interpretem, verbum χθών autem alio loco transfert substantivo regio; 230, 15 appropriatione sui = σφετερισμῷ ἑαυτοῦ).

1361 a 35 (196, 22) γέρα, τεμένη — constructio templi antiqua. τεμένη reddita esse verbis templa antiqua mihi iam primum legenti apparuit. Diu autem multumque dubitavi, quid iudicarem de verbo constructio. Tandem hunc locum inveni: 1378 b 31 (242, 4) λέγει ὀργιζόμενος ὁ Ἀχιλλεὺς "ἠτίμησεν· ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας" — dicit iratus Achilles: dehonoravit; accipiens enim habet venerationem. Tum cognovi emendationem venerationes, templa antiqua vix posse refutari.

1365 a 14 (206, 13) λαοὶ μὲν φθινύθουσι — populi quidem permittuntur; m: permuntur; restituendum est: perimuntur.

1365 a 26 (206, 23) πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἄσιλλαν ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον — anterius quidem aspectum habens et super utrumque humerum isultum piscis ex navi in terra ferebatur. M praebet pro verbo isultum verba insultos habens, m: insultum habens, deinde: terram. Non nemo neget operae pretium esse haec verba, quae inextricabilia esse videntur, emendare. Tamen, quoad eius facere possum, conabor. Atque primum muto verbum aspectum verbo asperum nisus translatione eiusdem versus p. 1367 b 18 (213, 6). Deinde interpres ut nos legit ἄσιλλαν, sive hoc verbum substantivo fulcrum sive assulam*) sive asserculum (asserctum) transtulit. Tum invenit ἐξ Ἄργοῦς (et fortasse in margine σκάφους, quod vertit navi) εἰς τε γέαν (γαῖαν, terram). Utrum autem ὤμοιϊν legerit an praepositionem ἀμφὶ pronomine uterque dederit, utrum ἔφερον an ἔφερεν, ut apud Eustathium scriptum est, ut dubia in medio relinquo. Utcunque autem

*) Confer Du Cange: assa = lignum latum et dolatum; huius substantivi deminutivum est asile et assula.

talia iudicantur, manifestum est eum non penitus eadem legisse, quae nostri codices praebent, sed alia, fortasse ea, quae in illo codice erant, cuius lectiones in marg. A^c saepe suppletae sunt. Ibi enim scribitur: πρόσθεν μὲν τραχεῖαν ἔχων ὤμοισιν ἄσιλλαν.

1365 b 22 (208, 3) Μέγιστον δὲ καὶ κυριώτατον ἁπάντων — maximum autem et principium omnium. Interpretem alia ac nos, velut ἀρχήν, invenisse vix quisquam contendat; sed principium forsitan non magis me quam alios offendat; hi quin principalissimum probaturi sint, non dubito, praesertim cum locos eodem modo translatos afferam: 1356 a 13 (183, 20) κυριωτάτην — principalissimam; 1393 a 17 (276, 9) κυριώτερα — principaliora; 1399 a 32 (290, 8) κυριώτατος — principalissimus.

1373 a 33 (228, 11) πολλὰ προϋπῆρχε — multa praestiterunt; scrib. praeexstiterunt, ut legimus 1419 b 22 (341, 9).

1379 b 8 (243, 29) ἐὰν ἥττους ὦσι — si minores fuerunt (M fierent). Scribendum est: fuerint. Namque 22 fere locis interpres coniunctivum aut optativum temporis praesentis coniunctivo perfecti reddidit. Satis habeo hos affere: 1413 a 5 (323, 19) ὅταν μεταφορὰ ᾖ — quando metaphora fuerit; 1383 a 24 (252, 29) ἐὰν πλείους ὦσι — si plures fuerint; 1406 a 36 (307, 7) ὅταν ἀνώνυμον ᾖ — cum innominatum fuerit; 1407 a 11 (308, 26) ὅσαι ἂν εὐδοκιμῶσιν — quaecunque utique approbatae fuerint.

1380 b 5 (246, 9) ἐν ἐλπίδι ἐπιεικεῖ — in spe optima. Interpretem in transferendis singulis verbis accuratissimum sic scripsisse nego; et quamquam alii loci, cum adiectivum ἐπιεικής ubique integrum in textum receperit, duobus locis (1356 a 6 = 183, 13 verbo modestus, 1405 b 5 = 304, 29) verbo congruus) aliter reddiderit, me deserunt, audeo proponere oportuna, cum librarios verba optimus et opportunus alias quoque (velut p. 185, 16; 306, 11) confundere videam.

1382 a 8 (249, 28) QYZ: καὶ ἡ μὲν τοῦ λυπῆσαι ἐφίεται, ἡ δὲ τοῦ κακῶσαι μᾶλλον — et .h. quidem contristare appetit, hoc autem necesse magis; M exhibet non necesse, sed vocem. Scrib. nocere. (Confer 215, 21).

1388 a 17 (264, 19) καὶ ὧν ἢ κεκτημένων ἢ κατορθούντων ὄνειδος αὐτοῖς — et quibus aut possidentibus aut dividentibus opprobrium ipsis. Hic quoque interpretem alia ac nos (e. g. διαιρούντων) invenisse nego. Mutandum igitur, atque id sine ullo dubio, verbo dirigentibus, quam coniecturam firmo his exemplis. 1363 a 36 (201, 28) ῥᾷον γὰρ κατορθώσειν οἴονται — facilius enim dirigere putant; 1368 a 14 (214, 12) πολλάκις τὸ αὐτὸ κατώρθωκεν — saepe idem direxit; 1380 b 3 (246, 7)

ἐν κατορθώσει — in directione; 1410 a 6 (316, 24) συμβαίνει πολλάκις ... τοὺς ἄφρονας κατορθοῦν — accidit saepe . . . imprudentes dirigi.

1401 a 26 (294, 16) ὁπότερον χρησιμώτερον, τοῦτο δεῖ ποιεῖν — quod cum utilius, hoc oportet facere. Si ignorantiam huius interpretis consideraveris aliosque locos (ut 1399 b 13 = 290, 24: ληπτέον δ' ὁπότερον ἂν ᾖ χρήσιμον — sumendum autem quodcunque fuerit utile) inspexeris, hic quoque id esse scribendum concedes.

1406 b 35 (308, 14) ὅμοιος ναυκλήρῳ ἰσχυρῷ μὲν ὑποκώφῳ δὲ — similis nauclero forti quidem, surdesunt autem. Corrig. surdescenti (confer 304, 3 et 4 πτωχεύειν = pauperescere).

1407 a 31 (309, 17) τοῖς περιέχουσι — abientibus; E abiectibus. Propono ambientibus (conf. Rhet. lat. p. 448, 3 ed. Halm, quem locum mihi indicavit Guilelmus Christ, vir doctissimus).

1408 a 29 (312, 13) ποιός τις τῷ βίῳ· οὐ γὰρ καθ' ἅπασαν ἕξιν — quales quis iura; non enim secundum omnium (M omni) habitum. Scrib. uita; cetera quoque verba Graecis accommodanda sunt.

1410 a 31 (317, 13) φροντίσι — auxiliis rebus. Depravata interpretis verba certissime emendes vocabulo anxietatibus (1385 a 24 = 257, 26 κάκωσις = anxietas).

1412 a 1 (321, 3) λιλαιόμενα χροὸς ἄσαι — cor ore sanari; M colare sanare; V corare sanari. Emendo: corpore satiari.

1413 a 20 (324, 3) εἰς ὑπωπιασμένον — ad luminum ipopio; m: luntum ypepio; M limoipedio. Propono: luteum ypopio.

1414 b 37 (328, 13) οἳ μήτε εὐδοκιμοῦσι μήτε φαῦλοι, ἀλλ' ὅσοι ἀγαθοὶ ὄντες ἄδηλοι — qui neque complacent neque plani (E planani) sunt, sed quicunque boni existentes immanifesti sunt. Conicio pravi, quod interpres semper, nisi fallor, adiectivum φαῦλος sic vertit.

1818 b 14 (338, 7) προδιαβεβλημένον — praeterminatum. Scrib. praecriminatum. Nam criminari et criminatio ubique fere respondent verbis διαβάλλειν et διαβολή.

1418 b 21 (338, 13) τοῖς θεοῖς πρῶτα σύμμαχος γενήσομαι. Ἐγὼ γὰρ Ἥραν — pro diis primo pugnator si autem ego enim affectatam. Verba si autem (m: si an) verbo fiam esse mutanda vix quisquam refutabit, qui, quam saepe literae *s* et *f* in translationis libris confundantur, viderit; affectatam (m: affectatem) autem mihi illis nominum propriorum interpretationibus simile esse videtur, quarum Spengel p. 167 complures affert. Docti nostri interpretis animo obversatum esse videtur verbum ἐρᾶν.

His emendationibus, quibus librariorum incuriosum genus magnae neglegentiae incusavi, adiungo, ne eos omni fide privem, quosdam locos, quos ab iis depravatos esse facile opineris. Adeo sunt miri et suspiciosi. Legitur enim p. 1354 a 16 (178, 17) διαβολή — commotio. Desideres forsitan criminatio, cum sexcentis locis Graecum verbum ita redditum sit. Tali opinioni ego non assentiar, sed alium mihi gravissimum locum laudem (1415 b 18 = 330, 11: πάντες γὰρ ἢ διαβάλλουσι — omnes enim aut commovent) et repetam, quod supra dixi, interpretem tali modo verba variare studere. Similiter defendo hunc locum: 1373 a 35 (228, 14) φιλοδικεῖν — amare placitationes; M exhibet plantationes. Namque etsi apud eum placitatio vix uno loco invenitur, at Graeca verba, quibus vis certandi est, plerumque verbis litigare, lis, litigatio, litigiosus redduntur, non est, cur mutes; nam placitatio a Latinitate medii aevi non abhorret.*)

Multo etiam suspiciosiora haec esse videntur: 1379 b 8 (243, 29) καταφρονεῖν γὰρ πάντες οἱ τοιοῦτοι φαίνονται, καὶ οἱ μὲν ὡς ἡττόνων, οἱ δ' ὡς παρ' ἡττόνων — despicere enim omnes tales videntur, et hi quidem ut minores, hi autem ut comparatione minores. Sed comparatione manu interpretis scriptum esse firmatur loco pariter translato: 1384 a 30 (255, 16) θαυμάζουσι τούτους ... παρ' ὧν τυγχάνουσι δεόμενοι σφόδρα τινός — mirantur hos . . . comparatione quorum existunt indigentes valde aliquo. Cum his absurdis interpretationibus velim conferas hunc quoque locum: 1409 b 36 (316, 17) ἀντικειμένη δέ, ἐν ᾗ ἑκατέρῳ τῷ κώλῳ ἢ πρὸς ἐναντίῳ ἐναντίος σύγκειται — oppositionalis autem, in qua utrique colo aut respectum contrarii contrarium componitur.

Sed haec hactenus; ne legentes morer, nunc tandem ad id aggredior, quod me demonstraturum esse in fronte huius opusculi professus sum. Atque primum rhetoricam duabus codicum familiis, quorum meliorem recensionem codex A^c, deteriorem Q Y Z alii exhibent, ad nos pervenisse constat. Quae cum ita sint, fieri potest, ut vetusta translatio aut familiae codicis A^c ascribenda sit, aut ad familiam deteriorum codicum pertineat. Hoc quoque aliquis cogitet interpretem codicem nanctum esse, e quo et vetustissimus codex et recentiores postea fluxerunt. Denique ne hoc quidem suspicari ineptum est codicem interpretis e duabus familiis collatis esse compositum. Ipsum interpretem codicibus duarum familiarum comparatis novam recensionem fecisse id Spengel suo iure negat. Etenim

*) Confer Du Cange: Placitare = litigare, lite contendere; placitatio = ipsa actio placitandi.

ridiculum sane est putare libros diversae recensionis inspexisse, contulisse, melius ex iis enucleasse eum hominem, qui singula Graeca vocabula ita novisset, ut sententias plerumque non intellegeret.

Primum igitur quaerendum est, num liber, quo interpres usus est, in familia codicis A^c numerandus sit. Quod Petri Victorii, Vateri, Buhlei*) auctoritate permotus forsitan censeas. At vero, si **660** fere locis translatio ab A^c discrepat et cum deterioribus codicibus congruit, si permultis locis proprium aliquid, quod neque in vetustissimo codice neque in recentioribus legitur, exhibet, num hoc verisimile videtur? Id verbis affirmare non satis habeo, ut ipse possis iudicare, ecce lectionum variarum gravissimae.

Codex A^c — Vetusta translatio.

1356 a 21 (183, 28) ταύτας ἐστι — ταῦτα τὰ τρία ἐστί cum Q Y Z.

1357 a 7 (185, 23) πλέον — πλέον ἢ οὕτως ἐνδέχεται cum Q Y Z.

1357 b 27 (187, 16) om versum ὁμοιοτελ. — servat cum Q Y Z.

1358 a 3 (187, 28) παρὰ πᾶσι — πάντας cum Q Y Z.

1360 b 23 (194, 28) om versum (non ὁμοιοτελ.) — retinet cum Q Y.

1361 a 13 (196, 1) pr. om ἔτι δὲ ἐπίπλων κτῆσις καὶ βοσκημάτων καὶ ἀνδραπόδων, sed in marg. A^c supplentur καὶ ἀνδραπόδων καὶ βοσκημάτων — translatio omnia servat cum QY, sed eodem ordine quo marg.; legimus enim: adhuc autem supellectilium possessio et servorum et pecudum.

1361 a 33 (196, 21) τόποι — τρόποι cum Q Y Z.

1362 a 15 (198, 24) προτρέποντα . . . ἀποτρέποντα — acc. plur. ut Q Y Z.

1363 a 13 (201, 7) om. οὓς οἱ φίλοι ψέγουσι καὶ ἀγαθοί; sed in marg. supplentur: οὓς οἱ φίλοι ψέγουσι — omnia verba habet cum Q Y Z.

1363 a 14 (201, 7) μὴ ψέγουσι — ἐπαινοῦσι cum Q Y Z.

1364 a 12 (203, 20) μείζονος — μείζονος ἀρχῆς cum Q Y Z.

1365 a 12 (206, 11) om λέγουσαν — retinet cum Q Y Z.

1370 a 19 (220, 3) ἐκ τοῦ λαμβάνειν ἐπιθυμοῦσι — ἐκ τοῦ ὑπολαμβάνειν τι ἐπιθυμοῦσι cum Q Y Z.

1371 a 9 (222, 8) τοιοῦτος οἷος ὁ σπουδαῖος — τ. καὶ σ. cum Q Y Z.

1371 a 11 (11) om. καὶ οἱ γνώριμοι — retinet cum Q Y Z.

1371 b 8 (223, 9) κἂν ᾖ ἡδὺ αὐτὸ τὸ μεμιμημένον — καὶ ἐὰν μὴ ᾖ ἡδὺ οὗ τὸ μίμημα cum Q Y Z.

1371 b 31 (224, 3) ὁ ποιητής — Εὐριπίδης cum Q Y Z.

1372 a 25 (225, 8) οἷα μηδ' ἂν εἷς — ἃ μηδὲ εἷς cum Q Y Z.

*) Aristotelis opera omnia, ed. Jo. Theophilus Buhle. Volumen IV. Biponti 1793 pag. IX.

1372 a 32 (225, 15) τρόποις ἢ τόποις ἢ διαθέσεις εὔποροι — τρόπος ἢ τόπος ἢ διάθεσις εὔπορος cum Q Y Z.

1372 a 34 (225, 17) χρόνου — χρόνιος cum Q Y Z.

1372 b 23 (226, 17) ἀδοξοῦντες — δόξοντες cum Q Y Z.

1373 b 32 (229, 19) εἴρηται — διήρηται cum Q Y Z.

1374 b 3 (231, 10) In A^c insunt 13 verba, quae propter similiter cadens in vet. translat. et in Q Y ¹ Z exciderunt.

1374 b 4 (231, 10) ἐπιεικῆ ταῦτα, καὶ τὸ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀδικήματα μὴ τοῦ ἴσου ἀξιοῦν, μηδὲ τὰ ἀτυχήματα· τὰ (rec. man. add. μὲν γὰρ) ὅσα παράλογα καὶ μὴ ἀπὸ μοχθηρίας — at in Q Y Z et vet. transl. legitur: ἐπιεικῆ ταῦτα, καὶ τὸ (v. tr. s.) τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀδικήματα μὴ (M m exhibent non: et n o n, sed solum: n o n) τοῦ ἴσου ἀξιοῦν, μηδὲ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀτυχήματα· ἔστι δ' ἀτυχήματα μὲν (m om sunt autem infortunia quidem) ὅσα παράλογα καὶ μή ἀπὸ μοχθηρίας.

1374 b 12 (231, 16) A^c om σκοπεῖν post νομοθέτην — v. tr. servat cum Q Y Z.

1374 b 24 (232, 1) Ἀδίκημα δὲ μεῖζον, ὅσῳ — ἀδικήματα δὲ μείζονα ὅσα cum Q Y Z.

1374 b 28 (232, 6) ἐνυπάρχειν — ὑπερέχειν cum Q Y Z.

1374 b 31 (232, 9) om versum ὁμοιοτελ. — servat cum Q Y Z.

1375 a 9 (232, 24) ἂν εἴρηκεν — ἀνήρηκε δίκαια cum Q Y Z.

1375 a 28 (233, 18) κοινῷ χρηστέον καὶ τοῖς ἐπιεικεστέροις καὶ δικαιοτέροις — non male interpres cum Q Y Z: κοινῷ νόμῳ χρηστέον καὶ τοῖς ἐπιεικέσιν ὡς δικαιοτέροις.

1375 a 30 (233, 19) ἀρίστῃ τοῦτ' — ἀρίστῃ χρωμένους τοῦτ' cum Q Y Z.

1375 a 34 (233, 23) ἔθαψε — ἔπραξε cum Q Y Z.

1376 b 25 (237, 1) καὶ τῶν γεγραμμένων ἢ τοῖς οἰκείοις ἢ τοῖς ἀλλοτρίοις, ἔπειτα ἤ — Q Y Z: καὶ τοῖς καλοῖς ἢ δικαίοις. ἔτι τε εἰ; cum deterioribus prorsus fere consentit interpr.: et iustis aut bonis. et adhuc si.

1376 b 33 (237, 8) οὐδὲ περὶ τούτων εἰπεῖν τὰ ἐνδεχόμενα — Q Y Z: οὐδὲν περὶ τούτων ἰδεῖν καὶ τὰ ἐνδεχόμενα εἰπεῖν -- v. tr. n e q u e de his v i d e r e contingentia d i c e r e.

1377 a 7 (237, 16) A^c et marg. Y exhibent mirum illum de tormentis locum; non possum non Spengelio assentiri dicenti interpretem, quippe qui in talibus rebus accuratissimus esset, eum, sicubi invenisset, non fuisse omissurum.

1377 b 11 (238, 28) A^c omittit ultimam primi libri sententiam — interpres et deteriores eam praebent.

1378 a 32 (240, 25) ἢ τῶν αὐτοῦ, τοῦ ὀλιγωρεῖν μὴ προσήκοντος — interpres praebet hunc locum depravatum ut Q Y Z: ἢ εἰς αὐτοῦ τινὰ μὴ προσηκόντως.

1378 b 23 (241, 25) πράττειν καὶ λέγειν — βλάπτειν καὶ λυπεῖν ut deteriores codices.

1382 a 8 (249, 27) καὶ τὸ μὲν λύπης ἔφεσις, τὸ δὲ κακοῦ — Q Y Z: καὶ ἡ μὲν τοῦ λυμπῆσαι ἐφίεται, ἡ δὲ τοῦ κακῶσαι μᾶλλον. — Interpres: et .h. quidem contristare appetit, hoc autem nocere magis.

1383 b 22 (254, 5) A^c male om ἢ ὅτε μὴ δεῖ — habet cum Q Y Z.

1384 a 14 (254, 29) Et interpres et deteriores propter similiter cadens eadem novem verba omittunt, quae in A^c servantur.

1385 a 14 (257, 16) male εὑρήσομεν — εὐπορήσομεν cum Q Y Z.

1386 a 32 (260, 17) male αἰσθήσει — ἐσθῆτι cum Q Y Z.

1388 a 16 (264, 17) Verba καὶ τοῖς ταχὺ . . . τυχόντες φθονοῦσιν codex A^c 7 versibus posterius quam v. tr. et deteriores exhibet.

1396 a 5 (282, 24) καὶ τὰ τούτῳ — κατὰ τούτου cum Q Y Z; corrigenda est hoc loco Spengeli adnotatio.

1397 a 28 (285, 21) πείσαντι ἢ ποιήσαντι. — v. tr. et deteriores praebent locum prave auctum: ποιήσαντι καὶ εἰ τῷ ποιήσαντι καὶ τῷ πεπονθότι.

1397 b 15 (286, 11) A^c: τὸ δ' ὅτι τοὺς πλησίον τύπτει ὅς γε καὶ τὸν πατέρα [τύπτει ἐκ τοῦ κατὰ τὸ ἧττον ὑπάρχει καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει. καθ' ὁπότερον ἂν δέῃ δεῖξαι.] τύπτει ὅτι εἰ τὸ ἧττον ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει· τοὺς γὰρ πατέρας ἧττον τύπτουσιν ἢ τοὺς πλησίον. ἢ δὴ οὕτως ἢ εἰ ᾧ μᾶλλον ὑπάρχει, μὴ ὑπάρχει, ἢ ᾧ ἧττον εἰ ὑπάρχει, ὁ πότερον . δεῖ δεῖξαι, εἴθ' ὅτι ὑπάρχει εἴθ' ὅτι οὔ. ἔτι εἰ μήτε μᾶλλον μήτε ἧττον· ὅθεν. Deteriores: τὸ δ' ὅτι τοὺς πλησίον τύπτει ὅς γε καὶ τὸν πατέρα, ἐκ τοῦ, εἰ τὸ ἧττον ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει, καθ' ὁπότερον ἂν δέῃ δεῖξαι, εἴθ' ὅτι ὑπάρχει εἴθ' ὅτι οὔ. ἔτι εἰ μήτε μᾶλλον μήτε ἧττον· ὅθεν. Idem transtulit interpres, sed verba εἴθ' ὅτι ὑπάρχει . . . ἧττον omisit. Exhibet enim: hoc autem quod proximos verberat, qui et patrem verberat, ex eo quod, si quod minus existit, et quod magis existit; secundum utrumque (m: utrumcunque) utique oportebit ostendere. Unde. Uncos auctore Spengelio addidi. Hoc uno loco illa opinio, quasi vetusta translatio ex A^c pendeat, tanta fide refutatur, ut vixdum necessarium sit pluribus id probare. Paucis igitur locis haec lectionum variarum series absolvatur.

1398 b 21 (288, 27) et 1400 b 3 (292, 19) A^c singulos versus ὁμοιοτελ. omittit, quos v. tr. cum Q Y Z retinet.

1402 b 3 (297, 13) Καύνικος — v. tr. praebet illud pessime fictum κάλλιστος ἢ κάκιστος ut Q Y Z.

1402 b 22 (298, 5) male φανερὸν τὰ — recte φέροντα cum Q Y Z.

1402 b 29 (298, 12) male om οὐ γὰρ ἂν ἦν — servat cum Q Y Z.

1410 b 14 (318, 4) καλὴν — καλάμην recte cum Q Y Z.

1413 b 20 (325, 4) ἀγωνιστικῇ οὖ — ἀποδεικτικῇ cum Q (Y Z ἀποδεικτικῷ).

Ex his locis elucet interpretem non usum esse codice familiae A^c. Nam multa, quae in A^c desunt, recte in vetusta translatione supplentur, at nonnulla insignia, singularia, quibus maxime familia A^c ab altera separatur, non inveniuntur apud interpretem; saepe denique non solum verbis modo egregie emendatis modo perverse interpolatis, sed etiam verborum ordine inverso et sententiis aliter enunciatis a familia codicis A^c longissime abhorret. Nihilominus si cui restent dubitationes, eum admoneam in vet. transl. non solum sexcentas cum deterioribus codicibus congruas lectiones inveniri, sed etiam plurimas ei soli proprias, quas postea enumerabo. Quod valet etiam in eos, qui forsitan his ipsis locis decepti translationem familiae deteriorum codicum esse assignandam censeant. Hi quoque considerent vetustam translationem non raro lectiones praebere ab utriusque familiae scripturis valde discrepantes. Quantopere aliis locis a recentioribus codicibus diversa sit et cum codice A^c conveniat, iam ostendam. Qua in re notandum est librarium codicis Q (aliosque) interpretem nostrum inspexisse, quod cum ex aliis locis tum ex his cognoscas: Bekker l. l. pag. 1368 b 1; 1377 b 15; 1403.

Q Y Z — Vetusta translatio.

1354 b 11 (179, 24) ἐπισκοτεῖν — ἐπισκοπεῖν male cum A^c.

1355 b 38 (183, 5) om καὶ ὅσα τοιαῦτα — habet cum A^c.

1356 b 2 (184, 14) ἔχει — om cum A^c.

1356 b 7 (184, 19) οὐδέν πως — οὐδέν cum A^c.

1368 b 22 (216, 4) Q Z pr. Y om versum — retinet cum A^c.

1371 b 30 (224, 2) εἶναι — εἶναι καὶ τὸ ἄρχειν cum A^c.

1374 b 10 (231, 15) τὰ γὰρ δι' ἐπιθυμίαν ἀπὸ πονηρίας — om ut A^c.

1376 a 19 (235, 21) om οὐκ ἔστι — legitur in v. tr. et in A^c.

1377 b 3 (238, 19) δῆλον δὲ ἂν ᾖ ἠπατημένος ὑπ' αὐτοῦ ὁ ἐναντίος — ἐὰν δὲ ᾖ γεγενημένος ὑπ' αὐτοῦ (A ὑφ' αὐτοῦ) καὶ ἐναντίος cum A^c.

1384 b 3 (255, 26) male ponit Q Y Z verba τοῖς φαινομένοις ἁμαρτάνειν uno versu prius — suo loco ea exhibet v. tr. et A^c.

1388 a 15 (264, 16) ὅθεν — διόπερ cum A^c.

1388 a 29 (265, 1) ἔχουσιν οἱ ζηλοῦντες — ἔχοντες ζηλοῦσι ut A^c.

1389 a 37 (267, 20) καὶ φιλέταιροι — καὶ φίλοι καὶ φιλέταιροι cum A^c.

1390 a 4 (269, 1) πλεῖστα τῶν πραγμάτων — πλείω τῶν γιγνομένων cum A^c.

1390 a 7 (269, 4) μέλλον — λοιπόν cum A^c.

1390 a 34 (270, 1) μόνον — μᾶλλον ut A^c; eodem loco Q Y Z^1 propter similiter cadens 14 verba, quae interpres et A^c servant, omittunt.

1391 a 27 (272, 5) ἐμφανεστέρους — σεμνοτέρους cum A^c.

1392 a 2 (273, 19) om εἴ τι ἔχομεν — servat cum A^c.

1392 a 16 (274, 5) γενέσθαι — εἶναι ut A^c.

1393 b 1 (276, 26) om ὁμοιοτελ. 11 verba, quae in interpretatione et in A^c leguntur.

1393 b 19 (277, 16) ὁρᾶτε φησὶ μὴ τοὺς πολεμίους βουλόμενοι τιμωρήσασθαι ταυτά — ἔφη, ὁρᾶτε μὴ βουλόμενοι τοὺς πολεμίους τιμωρήσασθαι ταὐτό interpres cum A^c.

1394 a 10 (278, 11) Q Y^1 Z om (non ὁμοιοτελ.) ἡ γὰρ πίστις διὰ τούτων — servat locum v. tr. et A^c.

1394 a 34 (279, 8) πρὸς ἀνδρῶν ἀμφανοῦσι — παρ' ἀστῶν ἀλφάνουσι ut A^c.

1394 b 5 (279, 10) om (non ὁμοιοτελ.) γνώμη, πρὸς δὲ τῷ ἐχομένῳ ἐνθύμημα — inest in v. tr. et A^c.

1396 a 8 (282, 27) ἢ μὴ πολεμητέον — om ὁμοιοτελεύτῳ ut A^c.

1397 b 1 (285, 25) ἂν ἁρμόττῃ (Dionys. ἂν ἁρμόττει) — ἁρμόττει ut A^c.

1397 b 5 (286, 1) διαλαβόντας σκοπεῖν — διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν ut A^c.

1397 b 21 (286, 16) om Q Y^1 Z propter similiter cadens 7 verba — habet cum A^c.

1397 b 27 (286, 21) εἰς τὸν χρόνον ut Dionys. — ἐκ τοῦ τὸν χρόνον ut A^c.

1398 b 18 (288, 25) ἐλέγοντο — ἐγένοντο cum A^c.

1398 b 26 (289, 3) ἱκανῶς — καλῶς cum A^c.

1402 b 19 (298, 2) δι' — perverse λίαν cum A^c.

1406 a 5 (306, 6) Q θετταλοῦ, Y Z θεττάλου — θαλάττης cum A^c.

1406 b 9 (307, 17) ἄναιμα — recte ἔναιμα cum A^c.

1406 b 34 (308, 13) prave ὡς ὁ δημοσθένης — ἡ cum A^c.

1407 b 17 (310, 13) ὄντος — δέοντος ut A^c.

1408 a 16 (311, 24) σύ — recte συκῆ cum A^c.

1408 b 35 (313, 25) σεμνοντέραν — σεμνότητα cum A^c.

1409 b 4 (315, 13) ἀνύειν — ἀνοίγειν cum A^c.

1411 a 14 (319, 6) τηλίαν — τὴν λείαν cum A^c.

1411 a 27 (319, 17) καὶ τοῦτο πρὸ ὀμμάτων τρόπον τινὰ μεταφορά — καὶ τοῦτο τρόπον τινὰ μεταφορὰ καὶ πρὸ ὀμμάτων ut A^c.

1411 b 32 (320, 26) λέγειν — ποιεῖν cum A^c.

1413 a 3 (323, 18) λύκῳ — λύχνῳ cum A^c.

1413 a 21 (324, 4) τάλαρον (Z τάλανον) — κάλαθον cum A^c.

1414 b 38 (328, 14) ἀλλήλοις — ἄδηλοι cum A^c.

1415 a 22 (329, 7) om τί ἐστι — servat cum A^c.

1417 b 30 (335, 25) optime χρονιστέον — χρηστέον cum A^c.

1417 b 37 (336, 7) εἴ τι ψεύδεται ἐκτὸς τοῦ πράγματος — εἴ τις ψεύδεται ἐκ τοσούτου πράγματος cum A^c.

1418 b 38 (339, 3) om ὁμοιοτελ. tria verba — servat cum A^c.

1419 a 10 (339, 14) ὁμολογήσαντες δὲ — om cum A^c.

His locis, quos ex 610 fere elegi, adde, quod libri in codice A^c et vet. transl. recte divisi sunt, perverse in deterioribus. Certo ex hac lectionum varietate cognoscimus vetustam translationem a familia deteriorum codicum esse separandam. Manifestum enim est interpretem saepe cum codice A^c meliorem, integriorem recensionem praebere, at nonnunquam in sola familia deteriorum praestantissimas lectiones servari velut τηλίαν, χρονιστέον.

Vetustam igitur translationem neque familiae A^c neque familiae deteriorum codicum ascribendam esse mihi videor demonstrasse. At ex hac ipsa causa, quod ea nunc cum A^c, nunc cum recentioribus libris convenit, coniciat aliquis, qui in eam non satis inquisiverit, interpretem codice usum esse, ex quo utraque familia postea orta sit. Verum enim vero tali opinione nihil est absurdius, ut paucis eam refellere possim.

Primum enim in translatione multae insunt lacunae. Harum paucas errore interpretis nasci potuisse concedo; at hoc nemo mihi probabit ubique talia menda interpreti crimini esse tribuenda; ut exemplum proferam: magna illa lacuna, quam in XVI. libri tertii capite (pag. 334, 11) detegimus, non orta est neglegentia interpretis. Nam ut is linguae Graecae admodum rudis erat, ita cura atque diligentia ignorantiam resarcire studebat. Quidquid igitur in libro suo invenit, pro sua parte ad verbum transtulit. Quomodo ergo ex tali manco codice integrior recensio fluere potuit? Deinde permultae eius lectiones adeo corruptae, adeo depravatae sunt, ut nemo prorsus ex iis sinceras potuerit divinare. Quis-

nam ex vulgaribus verbis τὴν λείαν singulare τηλίαν emendare potuit? Quis ex usitato verbo χρηστέον rarius χρονιστέον? Quis ex miro ῥιπίδιον (1413 a 6 = 323, 20 flabellum) aptum ἐρείπιον? Quis, pei deos immortales, ex pravissima scriptura κάλλιστος ἢ κάκιστος unice veram lectionem Καύνιος?

Hac quoque opinione confutata restat, ut interpres codicem habuerit, quem nescio quis utramque familiam comparans contexuerit. Mirum mehercule virum! Sinceris lectionibus eum antetulisse adulterinas, difficiles facilibus, dilucidis obscuras atque adeo omni sensu carentes! Praeterea in hac recensione, si ita facta sit, necesse esse nihil inveniri nisi eadem, quae in illis duabus familiis, id nemo non concedet. Egregias igitur lectiones, quae in translatione hic illic nobis occurrunt, num iste conscriptor ingenio suo divinavit? Minime. Universa lectionum varietas qui potuit nasci, si liber interpretis ex duabus nostris familiis contaminatus est? An haec omnia casu ac fortuito acciderunt? Quis est, qui hoc contendat? Ergo his omnibus opinionibus dissolutis reliquum est, ut vetusta translatione tertia codicum familia nobis servata sit.

Atque ut et hanc et superiores argumentationes multo magis firmem, tandem aliquando faciam, quod iam pridem pollicitus sum. Lectionum vetustae translationis propriarum in praesens saltem eas, quae in I. libro sunt, in medium proferam. Hoc quoque munus quam brevissime absolvam, ne rebus, quae ad hanc quaestionem ipsam non pertinent, legentes fatigem. Itaque eos locos, qui quin depravatis solum verbis Latinis a Graecis discrepent dubium non est, deinde eos, ubi aut Spengel aut ego varietatem haud incerta emendatione sustulimus, omittam. Supervacaneum denique puto creberrimos illos locos notare, quibus interpres particulas Graecas (ut μέν, δέ, γάρ, οὖν, γέ, τέ) neglexit. Ex tali enim diligentia nihil omnino fructus percipitur.

1354 a 2 (178, 2) communiter (= κοινῶς, κοινῇ) — κοινά. Referri potest adverbium ad „ἁπάντων".

1354 a 10 (178, 10) huius causam — τὴν αἰτίαν. Superfluum pronomen τούτου exhibet etiam Q.

1354 a 12 (178, 13) adepti sunt — πεποιήκασιν; marg. A^c πεπορίκασι. Cum interpres ubique, quod meminerim, πορίζειν verbo acquirere reddat, verbo adipisci autem uno loco (1387 b 5 = 262, 30 κτᾶσθαι = adipisci*) aliud verbum respondeat ac τυγχάνειν, hoc quo-

*) Hac adnotatione corrigere possis, quod Spengel affirmat in eo libro, qui inscribitur: Über die Rhetorik des Arist. 1851 p. 53: „adipisci" gebraucht er nur, wenn im Griechischen τυγχάνειν steht.

que loco legisse videtur: ὀλίγου τετυχήκασιν αὐτῆς μορίου, quod ferri non potest.

1354 a 25 (179, 5) aut timorem aut inimicitiam (M V male: aut timorem aut amorem aut inimicitiam; Parisinus ille, de quo supra dixi: aut timorem aut injustitiam) — ἢ φθόνον ἢ ἔλεον; interpres invenit idem, quod marg. A^c praebet: ἢ φόβον ἢ ἔχθραν. Confer Spengel. I. pag. 171. Ex hoc loco aliisque apparet exemplum interpretis codici simillimum fuisse, ex quo lectiones variae in marg. A^c supplentur.

1354 b 9 (179, 22) annexa sunt — συνήρηται; fortasse invenit συνήρτηται ut C.

1354 b 12 (25) diximus — λέγομεν. Dicimus? εἴπομεν? An legit quod praebet ed. Isingr. ἐλέγομεν?

1354 b 21 (180, 2) determinant — δεικνύουσι. Legit fortasse ut antea διορίζουσι.

1354 b 23 (180, 6) om οὔσης.

1354 b 26 (180, 7) omnia — πάντες. Cum hac interpretis lectione confer 1354 a 14: περὶ μὲν τῶν ἐνθυμημάτων οὐδὲν λέγουσι... περὶ δὲ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος τὰ πλεῖστα πραγματεύονται.

1354 b 29 (180, 10) quia — ἀλλά; ὅτι exhibet etiam A^c rec.; Y C.

1355 a 2 (180, 16) diximus — εἶπον. Egregia est varietas εἴπομεν!

1355 a 2 (180, 17) lex prohibet quidem — ὁ νόμος κωλύει.

1355 a 5 (180, 20) om τις.

1355 a 9 (180, 25) om ὁμοίως.

1355 a 10 (180, 25) om cum Q δέ, ubi apodosis incipit.

1355 a 12 (180, 28) qualia quaedam (ποῖά τινα) — ποῖά τ'. Confer 1356 a 24 et 1359 b 35.

1355 a 13 (180, 28) est enthymema — ἐστὶ τὰ ἐνθυμήματα.

1355 a 19 (181, 6) negotiantur — τεχνολογοῦσι. Legisse videtur πραγματεύονται, quod elucet ex his exemplis: 1354 a 16 (178, 17), 1354 b 19 (180, 1), 1356 a 17 (183, 24) negotiari = πραγματεύεσθαι et 1356 a 26 (184, 2) negotium = πραγματεία. At τεχνολογεῖν sic vertit: 1354 b 17 (179, 30) = regiologizare; 1354 b 26 (180, 7) artificialiter differre (scrib. discernere); 1356 a 11 (183, 17) et 1356 a 17 (183, 23) = orationum artem tradere.

1355 a 31 (181, 18) agere — πείθειν; A^c πιθεῖν. Spengel marginem editionis Basil. 1550 secutus putat eum legisse ποιεῖν. Nonne poterat ex priore „πράττωμεν = agamus" prave repetere agere?

1355 a 38 (181, 23) syllogizibiliora — εὐσυλλογιστότερα.

1355 a 38 (181, 24) vere — ἁπλῶς; marg. A^c ἀληθῶς.

1355 b 2 (181, 27) quoniam — ὅτι; legisse videtur ἐπεί vel ἐπειδή.

1355 b 4 (181, 29) exceptis virtutibus — πλὴν ἀρετῆς.

1355 b 6 (182, 1) talibus — τούτοις.

1355 b 12 (182, 7) artibus — τέχναις πάσαις; fortasse omnibus excidit.

1355 b 12 (182, 7) sanitates (alii sanitatem teste Victorio) — ὑγιᾶ; invenit igitur ὑγίας aut ὑγίαν.

Caput 2.

1355 b 26 (182, 20) est itaque — ἔστω δή.

Ibidem: potentia rhetorica — ῥητορικὴ δύναμις.

1356 a 3 (183, 10) disponi — διαθεῖναι; legitne διατίθεσθαι?

1356 a 8 (183, 15) utrumque opinamur — τὸ ἀμφιδοξεῖν. Invenisse videtur ἀμφιδοξοῦμεν. Qua de causa Spengel dubitet, num interpres ἐστι legerit, quam scripturam et ipse codex A^c praebet, non intelligo.

1356 a 9 (183, 15) accidere hoc — τοῦτο συμβαίνειν.

1356 a 9 (183, 16) male: non per orationem, sed propter opinari (sed m om non, deinde M: praeopinari, m: inopinari) — διὰ τοῦ λόγου (Q Y Z: διὰ τὸν λόγον), ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ προδεδοξάσθαι.

1356 a 17 (183, 23) om νῦν; tentasse — πειρᾶσθαι.

1356 a 19 (183, 26) credimus — πιστεύουσι; utrumque delendum.

1356 a 22 (183, 29) considerare quae circa mores — θεωρῆσαι περὶ τά; legisse videtur: τὰ περὶ τά.

1356 a 25 (184, 1) adnatam partem quandam — παραφυές τι; supervacaneum μέρος exhibet etiam marg. A^c prima manu.

1356 a 30 (184, 6) egregie: propter. Graeci δι' male omittunt, quod ΔΙ post ΚΑΙ facile intercidere potuit.

1356 a 32 (184, 8) harum — αὐτῶν.

1356 b 13 (184, 25) ostendere — δείκνυσθαι.

1356 b 16 (184, 28) om prius ἤ.

1356 b 18 (184, 30) Hoc loco errat Spengel, cum dicat interpretem omittere „καὶ" et ἀγαθόν; nam M m E praebent: manifestum autem et quod. Rectius igitur idem Spengel dicit II 56, interpretem aperte in libro suo invenisse φανερὸν δὲ καὶ ὅτι, quod Dionysius praebeat.

1356 b 19 (184, 31) autem — γάρ. M V mire: topicis: μεθοδικοῖς.

1356 b 22 (185, 3) persuasibile — πιθανοί.

1356 b 36 (185, 16) opportunis — ἐκ τῶν λόγου δεομένων. (δεόμενος = opportunus etiam 1357 a 9 (185, 25) et 1385 a 20 (257, 21).

1357 a 10 (185, 26) ἀνάγκη δέ — necesse autem habet; habet delendum esse videtur. Deinde legimus: haec . . . bene assequibilia (ut C) — τὸ . . . εὐεπακολούθητον. Cum postea legamus: τὰ δὲ μὴ πιθανά, incertum est an interpres solus veram lectionem servaverit.

1357 a 12 (185, 29) propterea quod neque ex confessis sint neque ex opinabilibus — διὰ τὸ μὴ ἐξ ὁμολογουμένων εἶναι μηδ' ἐνδόξων. Invenit: μήτ' — μήτ'.

1357 a 18 et 21 (186, 4 et 7) nihil — οὐδέ; οὐδέν fortasse rectius.

1357 a 22 (186, 8) necessaria — τῶν ἀναγκαίων; τὰ ἀναγκαῖα igitur invenit, quae lectio mihi gravior esse videtur; nobis etiam in ed. Venet. occurrit.

1357 a 26 (185, 12) consequens est — ἔπος (Q om ἔπος). Legitne ἑπόμενον?

1357 b 10 (185, 31) adhuc autem — ἔστι δέ. Invenit igitur depravatum ἔτι δέ.

1357 b 13 (187, 2) solvendum est autem quod dictum est et si verum sit (M m prius est om) — λυτὸν δέ, κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ εἰρημένον.

1357 b 20 (187, 9) enim — δέ; at C exhibet γάρ.

1357 b 21 (187, 11) et quid tecmerium — καὶ τεκμήριον.

1357 b 23 (187, 12) prave: manifestum — φανερῶς.

1357 b 26 (187, 15) qualis inductio — περὶ ποῖα ἐπαγωγή. Lectio interpretis (ποία ἐπαγωγή) mala est; at egregia ea, quam interpres sequente loco cum codice E praebet: 31 (19) insidiatur — ἐπεβούλευε; nam hic tempus praesens necessarium est, ut videmus ex proximis verbis γίγνονται, ἴσασι. Confer etiam Quintil. V, 11 et ceteros locos, quos Spengel II, 69 laudat.

1358 a 13 (188, 8) om περὶ ante πολιτικῶν ut Y.*)

1358 a 17 (188, 13) aut genus — καὶ γένος. Monendum est iusto magis et et aut in his libris confundi.

1358 a 21 (188, 17) E M m: faciunt — ποιήσει.

1358 a 23 (188, 19) melius — βελτίω Y Z A^c rectius; βέλτιον cod. E.

1358 a 32 (188, 28) primum quidem igitur — πρότερον οὖν. Scholiastes Gr. legit πρῶτον μὲν οὖν; teste Buhleo.

Caput 3.

1358 a 36 (189, 1) itaque (δή) — δέ.

1358 b 6 (189, 7) velut spectator — ὁ θεωρός; legit igitur οἷον ὁ ut antea. Deinde interpres verba alio ordine atque Graeci exhibet: tria utique erunt genera: ἂν εἴη τρία γένη.

*) Corrigenda est Spengeli adnot.: qui communes] οἱ κοινοὶ cum A^c; nam A^* exhibet οἱ κοινοί. Sed saepissime articulus pronomine relat. ab interprete exprimitur.

1358 b 11 (189, 13) hoc quidem defensio — τὸ δ' ἀπολογία. quidem errore librariorum ortum esse videtur.

1358 b 15 (189, 17) deliberat qui exhortatur — συμβουλεύει ἢ προτρέπων. Invenit igitur ὁ pro ἢ.

1358 b 20 (189, 22) singulis autem horum finis — alio ordine: τέλος δὲ ἑκάστοις τούτων.

1358 b 23 (189, 25) enim — δέ.

1358 b 28 (189, 29) καὶ οὗτοι πρὸς ταῦτα — ad haec et hi (E M m: his).

1358 b 32 (190, 4) non utique (= οὐκ ἄν) — οὐδέ ποτ' ἄν.

1358 b 34 (190, 6) fatentur — προΐενται. Invenisse videtur: προσίενται. Confer 1366 b 7 (210, 10) προΐενται — emittunt.

1358 b 38 (190, 10) nihil considerantes — οὐ σκοποῦσι. Cum participia laudantes et vituperantes antecedant, participium considerantes errore librariorum natum esse videtur, qua de causa Spengel proponit considerant. At non est, quod nihil mutemus. Sequitur, ut interpres invenerit οὐδὲν σκοποῦσι, quae lectio probatur superioribus verbis οὐδὲν φροντίζουσι.

1359 a 1 (190, 11) egerunt (ἔπραξαν) — ἔπραξεν.

1359 a 4 (190, 14) male: oportebat (ἔδει) — δεῖ.

1359 a 12 (190, 22) neque quae fiebant aut futura erunt; at E m: neque qui non fiebant aut futura erant — οὐδὲ τὰ μὴ γενόμενα ἢ μὴ (Z om μὴ) ἐσόμενα. Omisit igitur μή ut Z.

1359 a 25 (191, 6) aut quod minus — ἢ ἔλαττον. Utrum interpres ἢ τί ἔλαττον in libro suo habuerit an solum antecedens quod repetierit, non liquet.

1359 a 26 (191, 8) dicere — λαβεῖν; legit igitur λέγειν vel εἰπεῖν.

Caput 4.

1359 a 30 (191, 13) aut qualia mala — ἢ κακά; fortasse legit ἢ ποῖα κακά.

1359 a 33 (191, 16) de his — περὶ δὲ τούτων; bene interpres δὲ cum Q in apodosi omittit.

1359 a 35 (191, 17) a natura (ἀπὸ φύσεως?) — φύσει.

1359 b 1 (191, 22) possibilia — δυνατὰ ἢ ἀδύνατα.

1359 b 2 (191, 23) Lectio editionis Venetae dinumerare ei verbo respondet, quod codices Graeci exhibent, i. e. διαριθμήσασθαι. At in M V m legitur diffinire = διορίσασθαι. Hanc varietatem qui respiciet, nonne suspicabitur eos, qui illam editionem curaverunt, auxilio Graecorum codicum nonnulla mutasse?

1359 b 6 (191, 27) illustrioris — ἐμφρονεστέρας. Morelius putat interpretem invenisse ἐμφανεστέρας, recte ut videtur. Nam pag. 1358 a 22 (188, 18) legimus apud eum sapiens = ἔμφρων et pag. 1367 b 27 (213, 14) elucidare = ἐμφανίζειν. Lectio interpretis hic ferri nequit.

1359 b 10 (192, 2) ex dialectica — ἔκ τε τῆς ἀναλυτικῆς. Hanc varietatem et ea, quae Aristoteles supra (1356 a 25) dixit, respiciens propono emendationem: ἡ ῥητορικὴ σύγκειται μὲν ἔκ τε τῆς διαλεκτικῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πολιτικῆς, ὁμοία δ' ἐστὶ τὰ μὲν τῇ ἀναλυτικῇ κτλ.

1359 b 21 (192, 15) adhuc autem et de — ἔτι δὲ περί.

1359 b 23 (192, 17) debentes — τὸν μέλλοντα. Legitne τοὺς μέλλοντας ut supra οἱ συμβουλεύοντες?

1359 b 25 (192, 18) non male: scire et qui -- εἰδέναι τίνες.

1359 b 27 (192, 20) si quae superfluae auferantur et si quae maiores minores fiant — εἴ τις περίεργος ἀφαιρεθῇ καὶ εἴ τις μείζων ἐλάττων γένηται.

1359 b 28 (192, 21) apponentes ad existentia — πρὸς τὰ ὑπάρχοντα προστιθέντες.

1359 b 35 (192, 27) fore — ὑπάρξαι; interpres legit ὑπάρξειν.

1359 b 37 (192, 28) proeliati sunt (scl. οἱ πολῖται) — πεπολέμηκεν.

1359 b 39 (193, 1) dubii eventus — ἐπίδοξον. Invenit perversam scripturam ἀμφίδοξον; deinde ex verbis pacem habeant conicias eum legisse εἰρηνεύωνται. Conf. ἐπ' αὐτοῖς.

1360 a 1 (193, 2) male: potentiae — τὰς δυνάμεις.

1360 a 2 (193, 4) et his excedere et — καὶ ταύτῃ πλεονεκτεῖν ἤ; Invenit igitur ταύταις, quod librarius aliquis semidoctus excogitasse videtur.

1360 a 12 (193, 13) et quantum ibidem factum et quantum adducibile — καὶ ποία ἡ αὐτοῦ (Q Y Z: αὐτόθι) τε γιγνομένη καὶ εἰσαγώγιμος. Scripta igitur erant in eius codice eadem, quae in marg. A^{c}: καὶ πόση τε αὐτόθεν*) γινομένη καὶ πόση εἰσαγώγιμος excepto adverbio αὐτόθεν; mihi quidem enim dubium non est, quin legerit αὐτόθι, quod Q Y Z exhibent.

1360 a 14 (193, 14) M m E: ad haec (Y πρὸς ταῦτα) — A^{c} Z πρὸς τούτοις. Interpretis lectionem si recipias, facillime construas verbum δεῖσθαι.

1360 a 26 (193, 25) et interminabitur (m E: terminabitur) — ὥστε τέλος ἥξει. Interpretem alia ac nos legisse manifestum est; quid ei Graecum exemplar suppeditaverit, non liquet.

---

*) Errore ductus, opinor, contendit Spengel II, 85 in marg. legi αὐτόθι. Nam in priore operis parte ter scripsit αὐτόθεν ut Bekkerus.

1360 a 31 (193, 29) attendere quae civilitati expediunt — ἐπαΐειν τίς πολιτεία συμφέρει. Ille legit eadem quae marg. A^c praebet: ἃ τῇ πολιτείᾳ.

1360 a 33 (194, 1) quibus — τοῖς ποίος.

1360 a 36 (194, 4) scribentium gesta — τῶν περὶ τὰς πράξεις γραφόντων.

Caput 5.

1360 b 4 (194, 10) itaque (δή) — δέ.

1360 b 11 (194, 16) ipsam — ταύτην.

1360 b 12 (194, 17) pro minori oportet — ἀντ' ἐλάττονος ποιοῦντα δεῖ.

1360 b 17 (194, 22) non male: aliquid horum aut unum (τι τούτων ἢ ἕν) — τούτων ἕν.

1360 b 23 (194, 28) aut et partem ipsius: prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam — ceteri codices praeter A Z, qui totum locum rectius omittunt: ἢ καὶ τὰ μέρη αὐτῆς, φρόνησιν, ἀνδρείαν, δικαιοσύνην, σωφροσύνην; at E: σωφροσύνην, δικαιοσύνην.

1360 b 25 (195, 2) interiora — τά τ' ἐν αὐτῷ. Legitne: ἐντός?

1360 b 28 (195, 5) potentiam — δυνάμεις.

1360 b 30 (195, 7) quidem post unumquodque Graecis deest: fortasse transferendum est in proximum versum post genti, cum Graeci codices praebeant: ἔθνει μέν.

1360 b 34 (195, 10) singularis — ἰδίᾳ rectius Graeci.

1360 b 34 (195, 10) nobilitas quae (ἡ) a viris — εὐγένεια ἢ ἀπ' ἀνδρῶν.

1360 b 37 (195, 12) om τῳ post alio.

1361 a 1 (195, 15) V m et Morelii codex: communis (κοινή) — τῷ κοινῷ. Confer infra: singularis.

1361 a 3 (195, 17) quidem et et Graecis desunt; μὲν post ἀρετὴν (σώματος) bene respondet particulae δέ post ψυχῆς.

1361 a 4 (195, 18) animae autem, iuvenis virtus, temperantia et fortitudo — ψυχῆς δὲ σωφροσύνη καὶ ἀνδρία νέου ἀρεταί.

1361 a 5 (195, 19) singularis — ἰδίᾳ.

1361 a 8 (195, 23) sic — ὁμοίως.

1392 a 13 (195, 29) Additamentum et multitudine . . . differentium in Graecis codicibus deest. Infra 196, 2 desunt verba καὶ κάλλει.

1361 a 15 (196, 2) omnia autem haec non fallacia — ταῦτα δὲ πάντα καὶ (A^c om καί) ἀσφαλῆ. Interpres: μὴ σφαλερά?

1361 a 19 (196, 6) verae possessionis — ἀσφαλείας. Sensum solum interpres respexisse videtur.

1361 a 21 (196, 8) ita quod remaneant sibi — τοῦ τε οἰκεῖα εἶναι·

1361 a 29 (196, 16) non solum sed — οὐ μὴν ἀλλά. Utrum μόνον invenerit an μήν, parum liquet.

1361 a 30 (196, 17) quae (ἡ) ad sanitatem; E m: salutem — ἢ εἰς σωτηρίαν.

1361 a 32 (196, 19) non male: tunc (= τότε) — ποτέ.

1361 b 9 (197, 8) videre et ad — ἰδεῖν πρός.

1361 b 22 (197, 23) etenim velox robustus quidem est — καὶ γὰρ ὁ ταχὺς ἰσχυρός ἐστιν. Morelius legit quidam; dicit enim: „vetus interpres habuit in suo codice ἰσχυρός τίς ἐστι ut et schol. Graecus". Pronomen τὶς sensui bene convenit.

1361 b 27 (197, 27) est quidem — ἐστι; particula μέν hic non male ponitur.

1361 b 30 (198, 1) et non longevus — καὶ πολυχρόνιος. Scripturam οὐδέ praebet etiam schol.

1361 b 37 (198, 7) om αὐτῶν et in proximo versu ἄνδρες.

1362 a 8 (198, 17) Unus autem — ὁ δέ.

1362 a 8 (198, 18) et si alii nescierunt — ἢ οἱ ἄλλοι μὴ εἶδον; fortasse legit: ἤδεσαν.

Caput 6.

1362 a 25 (199, 7) Interpres versum om.

1362 a 27 (199, 7) hoc enim — τοῦτό ἐστι; est?

1362 a 28 (199, 9) horum — τῶν τοιούτων.

1362 a 38 (199, 19) desunt apud interpretem duo versus.

1362 b 10 (199, 27) felicitatem — εὐδαιμονία rectius.

1362 b 16 (200, 2) quum — ὅτι; ille: ἐπεί?

1362 b 24 (200, 10) bonae aptitudines, memoriae, faciles disciplinatus — εὐφυΐα, μνῆμαι, εὐμάθεια aliquid rectius; et ante omnia Graecis deest.

1362 b 32 (200, 17) om συμφέρει.

1362 b 36 (200, 22) eadem — ταὐτό; Q ταῦτα.

1363 a 3 (200, 26) aut multa sunt expensa — ἢ δεδαπάνηται. Haud scio an suo Marte interpres adiectivum repetierit. Nam similes loci tam saepe nobis occurrunt, ut suspicio moveatur.

1363 a 5 (200, 25) dedit gloriam — κἀδ' δέ κεν εὐχωλήν; 6 (29) turpe — αἰσχρόν τοι· Varietas Latina nullius prorsus est momenti; nam interpreti dictio poetarum plane erat ignota, id quod omnibus locis videre licet, quibus poetarum versus laudantur.

1363 a 6 (200, 29) sufferre — μένειν. Ille: ὑπομένειν?

1363 a 12 (201, 5) si et quod qui male passi — εἰ καὶ οἱ κακῶς πεπονθότες. Ille: καὶ ὃ οἱ.

1363 a 16 (201, 9) querelas movebat — μέμφεται.

1363 a 18 (201, 11) Pallas — Ἀθηνᾶ.

1363 a 20 (201, 13) eligere — πράττειν; eligere errore librariorum natum esse videtur, cum idem verbum antecedat.

1363 a 21 (201, 14) possibilia autem — ταῦτά δέ. Scripturam δυνατὰ δέ invenias etiam apud schol. (et in marg. A^c teste Spengelio II, 110).

1363 a 23 (201, 15) quaecunque sine tristitia — ὅσα ἢ ἄνευ λύπης.

1363 a 24 (201, 16) determinant — ὁρίζεται. Interpres invenit aut ὁρίζουσι aut ὁρίζονται.

1363 a 26 (201, 19) aptissime: molestia (δυσχέρεια?) — τιμωρία: nam τιμωρία, τιμωρεῖν vertit vocabulis: punitio, punire. Confer ad hunc locum Topic. 117 b 30.

1363 a 33 (201, 25) aut quae minores — ἢ οἱ ἥττους. Ille: ἃ οἱ? Ibid. et quae donantur amicis aut quae auferuntur ab inimicis — καὶ ἃ χαριοῦνται τοῖς φίλοις, ἢ ἃ ἀπεχθήσονται τοῖς ἐχθροῖς. Verbum χαριοῦνται interpretem legisse verisimile est; nam hoc aliis locis (225, 5 = condonari; 227, 20 = tribuere) similiter exprimit; at alterum verbum ἀπεχθήσονται vix invenit, fortasse loco eius ἀπαχθήσονται vel ἀφαιροῦνται.

1363 a 37 (201, 29) laudabile — ἐπαινετά.

1363 a 37 (201, 29) et considerantes — καὶ ὧν ἐπιθυμοῦντες. Speng. recte videtur proponere: quae desiderantes.

Caput 7.

1363 b 9 (202, 9) M m: et maius quidem semper et plus sic se habet ad minus; magnum autem ad parvum et multum ad paucum — καὶ μεῖζον μὲν ἀεὶ καὶ πλεῖον πρὸς ἔλαττον, μέγα δὲ καὶ μικρὸν καὶ πολὺ καὶ ὀλίγον. Invenit igitur: πλεῖον οὕτως ἔχει, deinde πρὸς μικρόν, πρὸς ὀλίγον.

1363 b 15 (202, 15) habentes eligent utique — ἂν .... λαβόντα ἕλοιντο. Legit quod E et corr. A^c exhibet: λαβόντες ἕλοιντο.

1363 b 17 (202, 18) ipsum — αὐτῷ. Legit αὐτό, quod praebet schol.

1363 b 27 (202, 26) M m: quae in ipsis sunt (m om in) — ἐν αὐτοῖς. Legit ἃ ἐν αὐτοῖς.

1363 b 31 (202, 30) hoc autem ad id non — τούτῳ δὲ ἐκεῖνο οὐ. Legit igitur: τοῦτο δὲ ἐκείνῳ οὐ, quod perversum est.

1363 b 33 (203, 3) defectum patietur (ἀπορήσειεν) — ἀποστερήσειεν. Etiam in antecedente versu τὸ ἀπορεῖν legit.

1363 b 36 (203, 5) esse factivum maioris — τὸ μείζονος ποιητικῷ εἶναι. Ille deterius: ποιητικόν. In versu 34 (4) invenit: ἀνάγκη γὰρ ὑπερέχειν καὶ μείζονι τοῦ μείζονος; vide supra pag. 5.

1364 a 1 (203, 8) post se om τοῦ μὴ καθ' αὑτό.

1364 a 14 (203, 21) autem — δή. Lectionem interpretis Spengel probat atque exemplis firmat II, 117. (M m om autem.)

1364 a 15 (303, 22) om versum propter similiter cadens.

1364 a 16 (203, 23) est videri maius — μεῖζόν ἐστι. Interpres igitur optime: μεῖζον ἔστι φαίνεσθαι ut marg. A^c.

1364 a 17 (203, 24) maius — μεῖζον εἶναι.

1364 a 17 (203, 25) m similiter ac M: et si hoc principium maioris, aliud autem non principium — καὶ εἰ μὴ ἀρχή, τὸ δὲ ἀρχή.

1364 a 20 (204, 1) egisset — ἂν πραχθῆναι.

1364 a 22 (204, 3) neque (= οὐδὲ) enim — οὐ γάρ.

1364 a 29 (204, 10) facile — ῥᾷον.

1364 a 32 (204, 12) malitia . . . maius — κακία . . . μείζων.

1364 b 2 (204, 20) magis pulchrum — μᾶλλον κάλλιον rectius.

1364 b 3 (204, 21) etiam — δέ.

1364 b 6 (204, 24) om δὲ ἢ post καλλιόνων.

1364 b 9 (204, 26) M V m: sic enim se habet scientia (m: scientia se habet) et veritas sicut res — ὡς γὰρ ἔχει ἡ ἐπιστήμη, καὶ τὸ ἀληθές. Infra legit non τὸ αὑτῆς, sed τὰ αὐτῆς (quae ipsius).

1364 b 12 (205, 3) om ἢ πάντες post φρόνιμοι.

1364 b 15 (205, 6) quale et quantum — ποσὸν καὶ ποιόν.

1364 b 17 (205, 8) bonum — ἀγαθὸν εἶναι (m: et bonum).

1364 b 24 (205, 15) M m: gratia ipsius delectari appetunt delectari — αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ ἥδεσθαι ὀρέγονται (add. marg. ἥδεσθαι).

1364 b 25 (205, 15) enim — δέ.

1364 b 31 (205, 21) minus firmis — τῶν μὴ (A^c om μή) βεβαιοτέρων. Interpres legit idem quod rec. in A^c: τῶν ἀβεβαιοτέρων.

1364 b 36 (205, 26) om post temperantia: αἱρετώτερα.

1364 b 38 (205, 27) quam id quod non omnes — τοῦ μὴ ὃ πάντες. Egregiam interpretis lectionem invenias etiam apud schol. In sequente versu bene exhibet: quam quod pauciores.

1365 a 2 (206, 2) et quod litigantes potentiores inimici vel (M m om vel) quam quos isti iudicant — καὶ ὃ οἱ ἀμφισβητοῦντες ἢ οἱ ἐχθροὶ

ἢ οἱ κρίνοντες ἢ οὓς οὗτοι κρίνουσιν. Suspicor eum pro participio κρίνοντες invenisse κρείττονες, quae lectio non ita inepta est.

1365 a 7 (206, 8) maiora — μείζω ὡσαύτως.

1365 a 10 (206, 10) partes — τὰ μέρη τὰ αὐτά.

1365 a 11 (206, 11) per plura enim excedit aut videtur — πλειόνων γὰρ ὑπερέχειν φαίνεται, sed A^c apud Victor. γρ. ὑπερέχει ἢ φαίνεται, interpres: διὰ γὰρ πλειόνων ὑπερέχει ἢ φαίνεται.

1365 a 12 (206, 12) persuades — πεῖσαι.

1365 a 18 (206, 17) dat (δίδωσι) — δείκνυσι.

1365 a 22 (206, 21) et aut sic — καὶ εἰ οὕτως; η et ει apud interpretem saepe confunduntur. Deinde non male M m: habebit unumquodque (ἕκαστον) magnitudinem.

1365 a 23 (206, 21) et bonorum et pulchrorum — καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν.

1365 a 24 (206, 23) M m: inscriptio facta — τὸ ἐπίγραμμα. Epigramma exhibet interpres ut marg. A^c. Confer supra p. 38.

1365 a 35 (207, 5) M m V: et quod ipsi (M ipsam) est maius simpliciter — καὶ τῷ αὐτῷ καὶ ἁπλῶς.

1365 b 3 (207, 11) om verba τὸ μὲν γὰρ . . . ἑλέσθαι.

1365 b 12 (207, 19) excedit — ὑπάρχει. Legit ὑπερέχει ut corr. A^c.

1368 b 14 (207, 21) quam quae latent — ἢ λανθάνειν. Ille igitur rectissime ἢ ἃ λανθάνει cum Q.

1365 b 15 (207, 21) tendunt (τείνει) exhibet interpr. recte — at A^c Y Z: τινι, Q τινα.

1365 b 19 (207, 25) singulariter ablatum est — ἀφῄρηται. Morel. contendit illud singulariter respondere Graeco adverbio μόνως, libros excusos autem praestare μόνον. Rectius Sp. suspicatur interpretem ἰδίᾳ invenisse. Nisi in versu 23 Graeco vocabulo ἀγαπητόν solum amabile responderet, dicerem interpretem (ut Muretum: quod unum ac solum carum habebat) adiectivum verbis singulariter amabile vertisse.

Caput 8.

1365 b 31 (208, 11) quid utique erit — A^c τί ἐστιν ἂν εἰ. QYZ: ἂν εἴη. Interpres igitur: τι ἂν εἴη, ut sec. manus in A^c scripsit. Non accurata igitur sunt, quae Spengel II, 132 dicit. (M E praebent non quid, sed autem, M qua).

1365 b 33 (208, 14) in honorabilibus (scrib. honorabilitatibus) — ἀπὸ τιμημάτων, interpres ἐπὶ legisse videtur.

1366 a 2 (208, 21) utique — δή. Scrib. itaque.

1366 a 3 (208, 23) eligunt autem eos quod ad finem (m eligunt enim quod a. f.) — αἱροῦνται γὰρ τὰ πρὸς τὸ τέλος.

1366 a 14 (209, 5) per eosdem locos — διὰ τῶν αὐτῶν. Interpretis lectio: διὰ τῶν αὐτῶν τόπων certo interpolata est.

1366 a 18 (209, 9) quae conferentis persuasiones — τὰς περὶ τοῦ συμφέροντος πίστεις.

1366 a 19 (209, 10) secundum — περί. Interpres legit igitur κατά ut marg. A^c, quae scriptura mihi melior esse videtur.

1366 a 21 (209, 12) diximus — εἴρηται.

Caput 9.

1366 a 25 (209, 16) autem — γάρ. Ibid.: facere — δηλοῦν.

1366 a 32 (209, 22) de hoc — περὶ τούτων.

1366 a 33 (209, 23) dicimus — εἴπωμεν.

1366 b 4 (210, 7) honoratissimae — χρησιμωτάτας. Legit igitur, cum adiectivum χρήσιμος alias aut vocabulo utilis aut opportunus exprimat, τιμιωτάτας (aut χρηστοτάτας?).

1366 b 6 (210, 9) haec autem et in bello et in pace (m: h. a. in bello et pace) — ἡ δὲ καὶ ἐν εἰρήνῃ; sed A^c apud Victor., Gaisf.: καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν εἰρήνῃ.

1366 b 9 (210, 11) adhuc autem iustitia quidem est virtus — ἔστι δὲ δικαιοσύνη μὲν ἀρετή. Ille: ἔτι δὲ δ. μέν ἐστιν ἀρετή, male.

1366 b 21 (210, 24) de bonis et optimis — περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Vix mihi persuadeo interpretem legisse περὶ ἀγαθῶν καὶ καλῶν, ut Morelius iudicat. Accuratius enim ille transfert. κρατίστων?

1366 b 15 (210, 17) incontinentia — ἀκολασία, sed marg. A^c ἀκρασία. Spengel dicit etiam interpretem ἀκρασία invenisse idque iure; nam satis multis locis (10!) hoc vocabulum ita expressum esse vidi.

1366 b 28 (310, 30) bona opera — ἀγαθοῦ ἔργα.

1366 b 32 (211, 3) quia potius — ἀλλ'. Ille: ὅτι μᾶλλον?

1367 a 4 (211, 12) M m: minus enim sui gratia — ἧττον γὰρ αὑτοῦ.

1367 a 5 (211, 13) M m: et circa eos maxime qui bene fecerunt (M bene qui maxime fecerunt), iusta enim haec beneficia — καὶ περὶ τοὺς εὖ ποιήσαντας· δίκαιον γὰρ· καὶ τὰ εὐεργετήματα.

1367 a 14 (211, 22) M m: hoc magis patiuntur — τοῦτο πάσχουσιν.

1367 a 21 (211, 27) virile (Z ἀνδρεῖον) — ἀνδρείου.

1367 a 22 (211, 27) M m: nam victoria — καὶ νίκη.

1367 a 24 (211, 29) et memorabilia, et magis quae magis — καὶ τὰ μνημονεύματα καὶ τὰ μᾶλλον μᾶλλον. Interpres exhibet igitur μνημονευτά, egregiam lectionem.

1367 a 33 (212, 9) haec — ταὐτά.

1367 b 7 (212, 20) intendere autem oportet — σκοπεῖν δέ, ille non male: σκοπεῖν δὲ δεῖ.

1367 b 10 (212, 23) tamquam existens — ὡς ὑπάρχει.

1367 b 12 (212, 26) dignitas — εἰ ἄξια. Ille male: ἡ ἀξία.

1367 b 14 (213, 1) praepossedisse (προεπικεκτῆσθαι?) — προεπικτᾶσθαι.

2367 b 14 (213, 2) aut — καὶ εἰ, sed Q Y Z ἢ εἰ.

1367 b 17 (213, 4) in aliis (m: malus) operosior (κατ' ἄλλα πρακτικώτερος?) — καταλλακτικώτερος, sed schol. πρακτικώτερος.

1367 b 20 (213, 7) tyrannis minerosa, at M m solum tyranissa — τυράννων. m exhibet etiam: fratrumque (ἀδελφῶν τ'). Invenit igitur τυραννίς, quae vox raro, e. g. apud LXX idem fere significat ac regina.

1367 b 23 (213, 10) egisse secundum electionem — πεπραχότα. Addit supervacaneum κατὰ προαίρεσιν. Sequitur ille locus, qui ab omnium codicum librariis infra (III, 16) repetitur. Prior autem translatio non mediocriter sane a posteriore differt. Sed, quantum huius varietatis in ipso interpretis Graeco exemplo infuerit, etsi videmus, comparatio non ita multum proficit.

1367 b 30 (213, 17) bonum — ἀγαθούς, infra bonos.

1367 b 32 (213, 20) exhibet interpres optime utique (ἄν), quod A^c, Q, Z, pr. Y male omittunt.

1367 b 33 (213, 20) et eos qui non egerunt . . . tales — καὶ μὴ πεπραγότα . . . τοιοῦτον. Infra: et eum . . . egit . . . talem.

1367 b 34 (213, 21) his — αὐτοῖς, at infra: ipsis.

1367 b 36 (213, 23) consiliis (ταῖς συμβουλαῖς) — καὶ αἱ συμβουλαί; at infra: et consilia.

1367 b 37 (213, 24) supponeretur, m: supponuntur (ὑποτίθοιτο?) — ὑπόθοιο; at infra: supposueris.

1368 a 3 (213, 26) suppositiones dicens locutione transponi (m: s. sunt et haec dicta l. t.) ὑποθήκας λέγοντας τῇ λέξει μετατιθέναι. Interpres eadem ac nos legisse videtur praeter μετατιθέναι, pro quo verbo μετατίθεσθαι fortasse invenit. Infra: dicentem . . . transponere.

1368 a 8 (214, 7) transposita (μετακειμένη) — ἀντικειμένη. Infra occurit nobis: opposita.

1368 a 13 (214, 11) secundum (κατά) — παρά.

1368 a 15 (214, 14) si decentia et honorantia quae (M m om quae) propter hunc inventa sunt — εἰ τὰ προτρέποντα καὶ τιμῶντα διὰ τοῦτον εὕρηται. Interpres igitur invenit: εἰ πρέποντα καὶ τιμῶντα διὰ τοῦτον εὕρηται. (Iniuria contendit Morelius interpretem haec in libro suo habuisse: εἰ δέοντα καὶ τιμῶντα τὰ διὰ τοῦτον εὕρηται. Hic vir si usum interpretis accurate considerasset, vidisset eum verbum δεῖν et part. δέων verbis oportere et opportunus reddere solere. Et si lectionem Graecorum (προτρέποντα) respexisset, vix interpreti talia imputasset.)

1368 a 19 (214, 17) ad eundem — καθ' αὑτόν.

1368 a 20 (214, 18) vicissim regredi — ἀντιπαραβάλλειν. Interpres, qui infra 25 (24) παραβάλλειν recte verbo comparare reddat, legit ἀντιπαραβαίνειν (ΒΑΛΛΩ, ΒΑΙΝΩ) vel παραναβαίνειν.

1368 a 20 (214, 19) propter consuetudinem et inconsuetudinem — A^c: διὰ τὴν ἀσυνήθειαν, Q Y Z: διὰ τὴν συνήθειαν. Vix dubium est, quin altera vox in margine eius codicis scripta fuerit, quo interpres usus est.

1368 a 21 (214, 20) et ad — πρός.

1368 a 25 (214, 24) multos — τοὺς ἄλλους. Y πολλούς corr.

1368 a 28 (214, 29) supponi (ὑποθέσθαι?) — περιθεῖναι.

1368 a 33 (215, 2) propter evidentiam — διὰ τὸ ἀσαφές. Monendum est interpretem saepissime Graecum adiectivum substantivo reddere. Quae cum ita sint, evidentiam mutare non licet, sed statuendum est eum legisse aut διὰ τὸ σαφὲς ut Z, aut διὰ σαφές.

1368 a 36 (215, 6) habitis (ἐχομένων) — A^c Y Z pessime: ἐχομένως.

1368 a 36 (215, 6) autem — γάρ.

Caput 10.

1368 b 2 (215, 8) quibus — ποίων.

1368 b 5 (215, 13) dicimus — λέγωμεν.

1368 b 11 (215, 19) omnia — οὐ πάντα. In versu 20 exhibet m: nullus enim quidem quae elegit ignorat — οὐδεὶς γὰρ ὃ προαιρεῖται ἀγνοεῖ.

1368 b 13 (215, 21) eligit — προαιροῦνται.

1368 b 15 (215, 23) circa haec quae — περὶ δὲ τοῦτο ὃ (A^c οἱ). Optime igitur interpres cum Q, C marg. A^c particulam δέ om (m: circa haec circa quae).

1368 b 28 (216, 10) quae fugientes — ποῖα φεύγοντες; quae — ποῖα etiam 30 (12), et 32 (13): quot et quae — ποῖα καὶ πόσα.

1368 b 31 (216, 12) proximo iniuriantur — τοὺς πλησίον ἀδικοῦσι.

1369 a 3 (216, 23) cum ratione appetitus — A^c: ἀγαθοῦ ὄρεξις, Q Y Z: μετὰ λόγου ὄρεξις ἀγαθοῦ.

1369 a 9 (217, 1) utique erit (ἂν εἴη) Graecis deest.

1369 a 23 (217, 15) circa delectabilia . . . circa eadem haec — περὶ τῶν ἡδέων . . . περὶ τῶν αὐτῶν τούτων. Bene igitur interpres: περὶ τὰ ἡδέα . . . περὶ αὐτὰ ταῦτα.

1369 a 29 (217, 22) abundare putans se ipsum — πλουτεῖν δοκῶν ἑαυτῷ. Ille fortasse: εὐπορεῖν δοκῶν ἑαυτόν. (Confer 1361 a 23 (196, 10) πλουτεῖν = divitem esse).

1369 a 33 (217, 26) huius (Q τούτου) — του.

1369 b 15 (218, 11) ex his (ἐκ τῶν) — ἐν τοῖς.

1369 b 26 (218, 24) om ἢ φαινομένων ἤ.

Caput 11.

1370 a 4 (219, 9) mitti — ἰέναι. Legit aut ἴέναι, ut Morelius vult, aut ἵεσθαι.

1370 a 5 (219, 10) aut secundum consuetudines — καὶ τὰ ἔθη. Legit: ἢ κατὰ ἔθη. Cod. B secunda manu: ἢ καὶ τὰ ἔθη.

1370 a 11 (219, 17) dixit (ἔφη) — ἔφυ.

1370 a 25 (220, 8) quascunque ex persuasos esse — ὅσα ἐκ τοῦ πεισθῆναι ἐπιθυμοῦσιν.

1370 a 31 (220, 14) magis (μᾶλλον) — A^{c}: ἅμα, Q Y Z: μάλα.

1379 b 5 (220, 23) post angustias — μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσιν.

1370 b 8 (220, 27) proficua fore multum videntur — ὠφελεῖν φαίνεται μεγάλα. Ille: ὠφελήσειν πολὺ φαίνεται?

1370 b 9 (220, 27) prosunt (ὠφελεῖ) — ὠφελεῖν.

1370 b 11 (221, 2) quod . . . dulcius — ὅς τε . . . γλυκίων. Invenisse videtur: ὅ τε . . . γλύκιον.

1370 b 23 (221, 14) sed et cum (M m: sed etiam cum) absentis recordati — ἀλλὰ καὶ ἀπόντος μεμνημένοι.

1370 b 24 (221, 15) utique et cum — καὶ ὅταν, sed A^{c} ὅτἂν.

1370 b 26 (221, 17) de non adesse — ἐπὶ τῷ μὴ ὑπάρχειν. Ad hunc locum adnotat Morelius: „Antiquus interpres videtur legisse περὶ τοῦ μὴ ὑπάρχειν". Haec opinio non ita probabilis est. Licet enim videre interpretem saepe quidem, praesertim in libro primo, praepositionem ἐπὶ cum Dat. coniunctum praepositione in, rarius super reddere; sed aliis iisque non paucis usurpat etiam de, ut 1386 b 30 (261, 18) bis, 1387 a 1, 2, 9, 10, 12, 13, (261, 23, 24, 30, 32, 262, 2 bis).

1370 b 26 (221, 17) ex memorando (ἐκ τοῦ μ.) — ἐν τῷ μεμνῆσθαι.

1370 b 27 (221, 18) et qualia egit et qualis erat — καὶ ἃ ἔπραττε, καὶ οἷος ἦν.

1370 b 31 (221, 21) enim — δέ.

1371 a 24 (222, 23) haec — ταὐτά.

1371 b 6 (223, 8) .s. imitativum ut profectiva (m: ut tractiva) — οἷον τό τε μεμιμημένον ὥσπερ γραφική. Q Y Z: οἷον om. Interpres invenisse videtur μιμητικόν (confer 1304 a 22 = 301, 25: μιμητικός = mutativus i. e. imitativus). Haec lectio est egregia, certe multo melior quam μεμιμημένον, quod in Graecis codicibus exstat.

1371 b 16 (223, 19) Desunt verba θὴρ . . . κολοιόν.

1371 b 18 (223, 20) esse maxime . . . unde necesse — ἅπαν μάλιστα δ' . . . ἀγάγκη; esse facillime emendes in omne*), ut interpres invenisse videatur ἅπαν, μάλιστα . . . ὅθεν ἀνάγκη. Puto librarium aliquem dictionis Aristotelis non satis peritum ita sententiam formasse. Nam quod Spengel arbitratur interpretem de suo id dedisse, nullis exemplis firmatur.

1371 b 30 (224, 3) Quantopere tres codicum familiae in ordine verborum varient, ex his quoque locis elucet: Videtur optimus esse ipse sibi; at codex A^c: δοκεῖ βέλτιστος αὐτὸς αὑτοῦ εἶναι; deteriores: βέλτιστος δοκεῖ εἶναι αὐτὸς αὑτοῦ. — Deinde infra: 1372 a 10 (224, 19): Communia enim omnium partium rhetoricae haec;

A^c: κοινὰ γὰρ ταῦτα πάντων τῶν λόγων;

Q Y Z: κοινὰ γὰρ τῶν μερῶν τῆς ῥητορικῆς ταῦτα πάντα.

Talibus locis familiarum diversitas praecipue conspicua est.

1372 a 2 (224, 10) dicta sunt (m: sint) tanta (τοσαῦτα) — εἰρήσθω ταῦτα.

Caput 12.

1372 a 7 (224, 15) sive putent — εἴτε ἄν. Interpres aut οἴωνται invenit aut, ut praepositiones repetere solet, etiamsi in Graeco textu non saepius ponuntur, ita hoc loco superius putarint (M m: putant) repetit. Id certe verisimilius est quam statuere verbum depravatum esse ex utique, quod Spengel putat.

1372 a 23 (225, 6) M m: et quod valde in manifesto et in oculis; non observabiles — καὶ τὸ (Q Y Z: τὰ λίαν ἐν φανερῷ) λίαν φανερῶ καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς· ἀφύλακτα. Masculinum ἀφύλακτοι superioribus verbis λαθητικοί bene convenit. Sed quominus recipiamus, obstat, quod etiam infra neutrum legitur (τὰ τηλικαῦτα . . . ἀφύλακτα γὰρ καὶ ταῦτα).

1372 a 27 (225, 9) omnes enim consueta observant velut infirmitates ita et iniurias quae (m: quia, M: qua) enim — πάντες γὰρ τὰ εἰωθότα ὥσπερ ἀρρωστήματα φυλάττονται καὶ τἀδικήματα, ὃ δέ.

1372 b 10 (226, 3) qui devicti penitus volunt vincere — οἷον ἀναμάχεσθαι. De hoc loco incertus haereo. Manifestum id solum est interpretem non invenisse depravatum οἷον, sed fortasse οἷοι ἀναμάχεσθαι,

*) Confer 229, 26, ubi M omne pro esse exhibet.

quod praeter consuetudinem ad sensum magis quam ad verba spectans transferret. Morelius antecedens participium (ἀποτετυχηκότες = qui perficere nequiverunt) respiciens (acute, ut ait Buhle) coniecit „lectum olim fuisse: οἱ ἀποτετυχηκότες ἀναμάχεσθαι.“*) Potius participium ἡττηθέντες invenit, cum etiam schol. habeat: ὡς γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ὁρμήσαντές τινες κατ' ἐχθρῶν καί ἡττηθέντες οὐ στέργουσιν, ἀλλ' ἀναμάχονται.

1372 b 19 (226, 14) enim — δέ.

1372 b 27 (226, 21) enim — δέ.

1372 b 28 (226, 22) Calcedonios — Καρχηδονίους. Vide Sp. II. 173. Etiam schol. praebet Καλχηδονίους.

1372 b 33 (226, 27) odire valde — Μυσῶν λείαν. Invenit μισεῖν λίαν; (confer 1405 a 29 (304, 16) ἀποβὰς εἰς Μυσίαν = progrediens in Mysiam. 1411 a 14 (319, 6) τὴν λείαν τοῦ Πειραιέως — praedam pireci).

1372 b 37 (217, 1) tamquam — ὧν. Invenit ὡς, quod habet A^e pr. ap. Gaisf.

1373 a 2 (227, 5) parentes — προγόνους. Fortasse invenit γονεῖς, cum alias ut paulo supra recte προγόνων reddiderit verbo: progenitorum.

1373 a 7 (227, 10) non carum — μὴ λυσιπελεῖ. Ille: πολυτελές?

1373 a 11 (227, 15) in talem iniusta exercere ut consuevit (M: consueverunt) — ὅταν τι τοιοῦτον ἀδικηθῇ τις οἷον εἰώθει. Invenisse videtur: τοιοῦτον ἀδικεῖν οἷον εἴωθεν.

1373 a 15 (227, 19) videri (φαίνεσθαι) — φαίνεται; eadem varietas 20 (25).

1373 a 18 (227, 23) inclinati fuerant (ἐγκεκλικότες) — ἐγκεκληκότες.

1373 a 21 (227, 26) non — οὐκέτι.

1373 a 36 (228, 15) conferens (συμφέρων) — ὁ ἐπεξιών.

Caput 13.

1373 b 2 (228, 19) autem — δή.

1373 b 5 (228, 22) et harum hanc quidem — καὶ τοῦτον τὸν μέν. Fortasse non invenit τούτων, sed genitivum idcirco posuit, ne casus h a n c h a n c concurrerent.

1373 b 15 (229, 3) his quidem . . . illis autem — τισὶ μὲν . . . τισὶ δέ. Hoc quoque loco admodum incertum est, num τοῖς μὲν . . . τοῖς δέ legerit.

1373 b 18 (229, 6) et ad quos autem dupliciter sumitur iustum vel iniustum (m om e t, deinde: sumitur iustum vel iniustum)

A^c: πρὸς οὓς δὲ διώρισται δίχα ὥρισται;

Q Y Z: πρὸς οὓς δὲ διώρισται, διχῶς διώρισται;

*) Vaterus: οἱ καταμαχόμενοι ἀναμάχονται.

Rectissime interpres ὁρίζεται exhibet, si quidem hoc verbum legit. Verba iustum vel iniustum fortasse ex margine sumpsit.

1373 b 24 (229, 13) autem — δή.

1373 b 37 (229, 24) quae autem — ποῖα δέ.

1374 a 1 (229, 26) actum esse (πεπρᾶχθαι) — πεπραχέναι.

1374 a 5 (230, 4) publice — A^c δημοσίαν, Q Y Z: δημόσια. Eadem diligentia qua Morelius (qui dicat: quidam manuscripti: δημοσίᾳ) adnotat Spengel alios codices habere δημοσίᾳ. Intellegitne cod. D. et editionem Riccoboni? Utut est, δημοσίᾳ perverse scriptum est. At Buhle — incredibile est dictu — contendit: Id quidem optime. Sensus tum exit: Et commisisse quidem se facinus, sed privatim, non publice.

1374 a 6 (230, 5) hoc — ταῦτα.

1374 a 14 (230, 12) huius — του.

1374 a 16 (230, 14) eius a quo accepit — ἔκλεψε. Legit igitur: τούτου ἀφ' οὗ ἔλαβε. Palmaris lectio! Nam et ἔκλεψε male additum est, et ἐπὶ βλάβῃ τούτου ἀφ' οὗ ἔλαβε sequentibus verbis σφετερισμῷ ἑαυτοῦ optime respondet.

1374 a 18 (230, 16) sic (m: sicut) et de aliis — ὥσπερ καὶ περὶ τούτων. Interpres nihil aliud ac nos legisse videtur; nam admodum verisimile est antecedens aliis prave repetitum esse.

1374 b 9 (231, 14) non . . . autem — μήτε — τε.

1374 b 12 (231, 16) verba — τὸν λόγον. Idem invenit quod nos.

1374 b 16 (231, 19) semper et — ἦν ἀεὶ ἤ.

1374 b 22 (231, 25) exaltatus est — εὑρέθη. Non mihi possum persuadere interpretem invenisse lectionem codicis Q (ἡρέθη), id quod Morelius, Buhle, Spengel arbitrantur. Multo enim verisimilius est eum transtulisse ἤρθη. Interpres enim nusquam αἱρεῖσθαι verbo exaltare reddit, sed semper, nisi fallor, alio apto verbo velut eligere (e. g. 1360 b 5 (194, 11); 1399 b 18 (290, 29); 1394 a 25 (279, 1). Confer etiam 1361 b 16 (197, 16), quo loco αἴρειν verbo levare exprimit.

Caput 14.

1374 b 25 (232, 3) utputa . . . accusat — οἷον ὁ . . . κατηγόρει. Ille: οἷον . . . κατηγορεῖ.

1374 b 27 (232, 5) in habitu autem iustitiae — ἐπὶ δικαιοσύνης δέ. Ad hoc adnotat Spengel I 172: „Invenit in libro suo futurum verbi ἕξει, quod recte in ceteris deest (fortasse ex margine sumpsit), id male substantivum esse ἕξιν censuit.“ Idem, sed cautius, dicit II 188. Quod ut probem tantum abest, ut contendam interpretem eadem in exemplo suo habuisse quae nos legimus. Namque cum bis interpres praepositionem

παρὰ absurde substantivo comparatione, πρὸς vero verbo respectum reddiderit (confer. pag. 41), nonne idem praep. ἐπί verbis in habitu interpretari potuit? Nonne id eius dictioni mirum quantum convenit?

1374 b 29 (232, 6) om ἱερά.

1375 a 1 (232, 16) appretiandum aut (m: ait) — τιμήσειν ἔφη. Legit τιμητέον ἔφη.

1375 a 5 (232, 20) damnificant — ζημιοῦται. Ille: ζημιοῦσι.

1375 a 5 (232, 21) quoscunque . . . aedificatus fuerit — οὓς . . . ᾠκοδομήθη. Ille legit ut supra: οὓς ἂν οἰκοδομηθῇ.

1375 a 16 (233, 5) sive (M: sui) maius est in Graecis libris non inveniuntur. Legisse videtur interpolata verba: ἀδίκημα μεῖζόν ἐστι; puto enim loco corrupti sive verbum scriptum fuisse, quod vim iniuriae haberet.

1375 a 18 (233, 7) circa — παρά. Ille male περὶ ut paulo supra.

Caput 15.

1375 a 23 (233, 13) autem — γάρ.

1375 a 32 (233, 21) lex .s. (M. i.) communis — ὁ κοινός.

1375 b 2 (234, 2) hominibus nullius (at M m: homini viri nullius; m: nullus) — ἀνδρός οὐδενός. Homini delendum esse videtur.

1375 b 8 (234, 7) lege probante est contraria — ἐναντίος νόμῳ εὐδοκιμοῦντι, at interpr. fortasse: νόμῳ εὐδοκιμοῦντι ἐναντίος.

1375 b 14 (234, 12) in quibus et propter quae (M om. et) — ἐφ' οἷς. Interpres glossema δι' ἃ in margine invenisse et, qua erat diligentia et religione, in textum recepisse videtur. Nam eiusmodi quoque exempla in translatione reperiuntur, e. g. 1374 b 26 (232, 3) ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβέλια ἱερὰ τοὺς ναοποιούς — quod defraudavit factores templi in tribus mediis obolis sacris aedificatores templi. 1382 b 20 (251, 20) ἢ ἀντιπάλων — aut refellentium adversariorum.

1375 b 18 (234, 16) ignores . . . diceres (M V deieres, m: dieres) — ἀγνοήσῃ . . . ἐπιορκῇ. Ille: ἀγνοήσῃς . . . ἐπιορκῇς.

1375 b 21 (234, 19) magis ponderis est — λυσιτελεῖ. Ille non male: μᾶλλον λυσιτελεῖ.

1376 a 4 (235, 8) hoc (τοῦτο) — τούτῳ.

1376 a 13 (235, 15) solorum (μόνων Q) — μόνον.

1376 a 15 (235, 17) si iustum aut iniustum.

A^{c}: ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον.

Q Y Z: εἰ δίκαιον εἰ ἄδικον.

1376 a 16 (235, 18) de his minime credibiles.

A^{c}: καὶ περὶ τοιούτων ἂν ἀπιστότατοι.

QYZ: καὶ περὶ τούτων πιστότατοι.

Quam aperte ex his duobus locis discrepantia familiarum elucet!

1376 a 17 (235, 19) Excidit μαρτυριῶν.

1376 a 19 (235, 21) falli (ἐξαπατᾶσθαι) — ἐξαπατῆσαι.

1376 a 22 (235, 23) probativa — ὑπόδικα. Fortasse legit ἀποδεικτικά, quod Morelius conicit.

1376 b 11 (236, 18) reliqua (τὰ λοιπά) — πολλά.

1376 b 23 (236, 28) m: et a seductis et a coactis — καὶ ἐξαπατηθέντων καὶ ἀναγκασθέντων. Ille: καὶ ὑπὸ ἐ. κ. ἀ. aut καὶ ἐξ ἀπατηθέντων ut Z.

1376 b 23 (236, 29) om σκοπεῖν, non male; confer Speng. II, 202.

1376 b 28 (237, 3) quodcunque (m: quaecunque) fuerit — ὁποτέρως ἂν ᾖ. Ille: ὁπότερον?

1376 b 32 (237, 8) non difficile autem — οὔκουν χαλεπόν.

1377 a 6 (237, 15) scripta (γεγραμμένα) — γεγενημένα.

1377 a 10 (237, 19) om ἄλλως.

1377 a 15 (237, 24) creditur (πιστεύεται) — πιστεύει.

1377 a 18 (238, 4) sed — ἀλλ' οὐ.

1377 a 21 (238, 6) debiles — ἀσθενῆ.

1377 a 25 (238, 10) si autem dat iuramentum — εἰ δὲ δίδωσιν; interpretis codici interpolatum erat ὅρκον.

1377 a 26 (238, 11) Pium est velle deos attestare procuratorem praeesse — εὐσεβὲς τὸ θέλειν τοῖς θεοῖς ἐπιτρέπειν. Si interpres eadem verba, quae nos legimus, in exemplo suo invenisset, dubium non est, quin more suo ad fidem verborum daturus fuerit: pium (est) velle deis committere. Nunc autem statuendum est eum legisse, quae Latinis verbis respondent. Haec autem sunt: εὐσεβὲς τὸ θέλειν τοὺς θεοὺς ἐπιμαρτύρεσθαι ἐπιτρόπους (procuratores enim emendandum esse videtur) παρεῖναι. (Confer: 1408 b 25 = 313, 13 procurator = ἐπίτροπος). Verba videlicet ipsa interpolata sunt.

1377 a 27 (238, 13) ipsis (αὐτοῖς) — αὐτῷ; A^{c} τούτῳ. Ad hunc locum velim conferas Speng. I, XIII.

1377 a 32 (238, 17) m: et dare velit .s. iuramentum — καὶ διδόναι θέλει. In margine interpres ὅρκον legisse videtur.

1377 b 5 (238, 22) etiam — οὖν.

1377 b 6 (238, 22) quod peierare est — καὶ τὸ ἐπιορκεῖν ὅτι ἐστι.

1377 b 10 (238, 36) M m: quibuscunque iuraveritis — οἷς ὀμόσαντες δικάζετε, sed QYZ: οἷς ἂν ὀμόσαντες δικάσητε. Scribendum fortasse: iurantes iudicaveritis.

Ex hac lectionum variarum serie et ex iis, quae supra exposui, elucet familiam, quae vetusta translatione nobis servata est, a duabus aliis valde differre, magis fere quam A^c a recentioribus codicibus. Videmus quoque librum interpretis et illi codici, ex quo nonnullae lectiones sumptae et margini A^c ascriptae sunt, simillimum esse et ab illo exemplo, quo scholiastes praecipue utitur, minus quam ceteros codices dissentire; interdum enim earum lectionum, quas scholiastes nobis suppeditat, in sola translatione exstant vestigia, velut illud πρακτικώτερος (in aliis operosior). Lectionum autem interpretis propriarum aliae haud dubie depravatae aut interpolatae, aliae non penitus neglegendae, aliae eaeque non ita rarae primariae. Meliorem sane quidem recensionem, quam quae in antiquissimo codice exstat, interpretatio non exhibet. Ille archetypo proximus est. Suo igitur iure Spengel ad verba philosophi enucleanda codicem A^c potissimum adhibuit. Sed nonnunquam — liceat mihi id monere — vir constantissimus nimia constantia spretis aliis testibus eum secutus esse mihi videtur, velut 1409 b 20 ὅρου, ad quem locum etiam Hayduck (Fleckeisen, Jahrbücher 1875) adnotat ὅρον sensui esse aptius.

Talibus locis lex illa servanda est: Si trium testium, qui ex eodem fonte, archetypum dico, hauserunt, duo idem praebent, auctoritate plerumque plus valent quam tertius. Verumenim uni ex tribus, vetustae versioni, parem fidem atque ceteris habere non possumus; nam nimium quantum incerta est cum inscitia interpretis, qui purum ac sincerum Graecae orationis flumen vehementissime, ut ita dicam, turbaverit ac saepe pro verbis portenta nobis obiecerit, tum neglegentia librariorum, qui inquinatam eius Latinitatem etiam magis deformaverunt ac depravaverunt. Itaque quoniam praeter eos codices, quos Spengel et ego contulimus, alii exstant*), manifestum est non licere his acquiescere, sed etiam illos esse consulendos. Quod si fiet, multo melius atque certius quam coniecturis genuina translationis forma redintegrabitur, ut tandem maiore cum fide ea uti possimus. Atque hoc proximum meum erit munus.

*) Ubi nunc illi codices sunt, qui temporibus Schraderi in bibliotheca Academiae Helmstadiensis asservabantur?

1377 averitis — οἷς ὀμό-
σαντες δικάζε Scribendum fortasse:
iurantes i

Ex ha quae supra exposui,
elucet famili a est, a duabus aliis
valde differre codicibus. Videmus
quoque libru ae lectiones sumptae
et margini A illo exemplo, quo
scholiastes p ces dissentire; inter-
dum enim e suppeditat, in sola
translatione e (in aliis operosior).
Lectionum a lubie depravatae aut
interpolatae, eque non ita rarae
primariae. M quae in antiquissimo
codice exstat proximus est. Suo
igitur iure S licem A^c potissimum
adhibuit. Se — vir constantissi-
mus nimia c us esse mihi videtur,
velut 1409 k (Fleckeisen, Jahr-
bücher 1875

Talibus stium, qui ex eodem
fonte, archet , auctoritate plerum-
que plus val ibus, vetustae versi-
oni, parem f nam nimium quan-
tum incerta c sincerum Graecae
orationis flu verit ac saepe pro
verbis portent um, qui inquinatam
eius Latinita ravaverunt. Itaque
quoniam prae limus, alii exstant*),
manifestum m illos esse consu-
lendos. Quo coniecturis genuina
translationis e cum fide ea uti
possimus. A

*) Ubi eri in bibliotheca Aca-
demiae Helmst

© The Tiffen Company, 2007
TIFFEN Gray Scale
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M